





VENTURINUS FR.
RUDIMENTA GRAMMATICES
FLORENTIÆ 1482
25 2 4 23










Venturinus Franciscus. Rudimenta grammatices, ex multis voluminibus excerpta et in unum corpus redacta.

Florentiae, per Antonium Bartholomaei Mischomini 1482

Esemplare mancante delle due prime carte che contengono il Registro e la Prefazione. Completo nel resto

Giacomo Molini



Ad Illustrem [illegible]

Medicorum [illegible] principem [illegible]

[illegible] in Rudimenta Grammatices prae-

fatio.

[illegible]


principis [illegible] grammatices compendium [illegible]

de [illegible] accommodatum [illegible] et [illegible]

[illegible] latinam linguam

[illegible] in [illegible] Florentina

[illegible]



Ad illustrem magnanimumque Octavianum Ubaldinum Mercatelli principem Francisci Venturini in Rudimenta Grammatices praefatio.

Compulisti me assiduis vocibus tuis humanissime princeps ut grammaticae compendium erudiendis pueris accomodatum breviter et commode conficerem. Aiebas nanque latinam linguam fere cunctis in locis praeterque in florentina urbe corruptam esse: in qua non modo litterae ac dicendi facundia floreret: verum etiam certe veluti templum haberet: ubi singularis quoque dignitatis viri tum latinis tum graecis litteris pollent. Itaque aetatem puerorum nequaquam negligendam esse ducens: cum praesertim quae a primis annis discuntur facile ad senectutem perveniant: nihil sane earum nugarum quas plerique docent tenellis ingeniis proponendum esse cessabas: nec oblivione digna illis tradenda. Ego autem qui honeste voluntati tuae minime resistendum putavi: desiderio tuo morem gessi: ut qui malim omnibus in rebus studia tua adjuvare: quam laborem aut invidiam fugere: simul etiam ut illustris Guido invicti principis Federici vera progenies:

in quo jam aegregia indoles imperatoriae vir-
tutis apparet: nunc cum bonis moribus opti-
misque disciplinis imbuitur: non nihil suis
studiis consulere valeret: ac parentem suum
aemulari posset. Cui in tenera aetate Victo-
rinus feltrensis vir tam sanctitate vitae
quam doctrina praestantissimus: non
solum litterarum magister: sed vivendi
etiam praeceptor extitit. Quare ex mul-
tis quidem voluminibus per occupationes
meas quaeque mihi digna cognitione visa
sunt excerpsi: et omnia in unum veluti
corpus redegi: ut quicumque legerit: prae-
stantiores uberioresque fructus colligeret.
Quod si tibi principi eruditissimo probari
cognovero: iudicium quidem tuum con-
fido mihi apud omnem posteritatem
industriae meae magnopere profiturum.

Registrum

a	f	m	r
Quid est littera	et generalem	sed dico	Neque solum
antiqui	habentia	potestatem	tum est
In medio	ablativo	Commodo	Obtestor
ante n.	citur di.	et credidi	ire unde
b	g	n	s
cognoscere	Cicero in	Inficio	cupis
honor	ab aliis	Disco	quot terminationes
a greco	viri	talem	participium
ὁκρατηρ	complecto	odio	ut amantior
c	h	o	t
nominativus	Que tamen	Iuvenalis	recedens
Accusativus	fleo quod	Nuto	ni quanto
ut evander	tertiae	cuius praeteritum	complevit
Idem in	quod nascitur	boribus	Quid est
d	i	p	u
declinationis	reddam	egrotum	iungitur
robur	praeteritum	Vir visque	Quis est
as. mittentiā	participium	modis	respondetur
mara	supina	calamitosum	cum dolore
e	l	q	x
die harum	in duobus	pro saltatio	omnes
et nominativus	Ovidius	ritum recipi	aut indeclinabiles
O mea tu	consideratam	ambulo	mina vel
nicitur in	pronuntiatione	Oratores	Altero modo

Y	Z	&	ɔ
epenthesi	Fallo	Kalendis	Ar. ut. nar
lictoribus	haud in	Dispondeus	forsitan
Sunt quinque	per investigatorem	axis	plurimum
De exornatione		Tot	

Vid est littera? Est minima pars compositę uocis.
Vnde dicitur littera? A legẽdo quasi legitera: eo q iter legentibus præbeat: uel a lituris quia olim ueteres in ceratis tabulis scribebant.
Quid interest inter litteram & elementũ? Littera est nota siue figura ipsius litterę quę uidetur. Elementum uero est ipse sonus qui ex ea colligitur. Vel littera est ipsum signum elementorum. Elementum autem est ipsa pronunciatio: siue uox quæ ex aere percusso ictu linguæ conficitur. Verũtamen abusiue elementa p litteris: & litteræ pro elementis accipiuntur.
Quot accidunt litteræ? Tria: nomen: figura: & potestas.
Quid est nomẽ? Est ipsa denominatio litterę: ut a b c. & reliqua. Et sunt indeclinabilia tam apud latinos: q̃ apud grecos.
Quid est figura? Est ipsa forma siue signum litteræ: ut a b c d. & ita de reliquis.
Quid est potestas? Est ipsa pronũciatio quę ad elementũ refertur.
Quotfariam diuiditur elementũ? Trifariam: uidelicet altitudine: latitudine: & longitudine: quia unaqueq; uox aut alte: aut late aut longe profertur. Habet enim altitudinem in pnunciatione: latitudinem in spiritu: longitudinẽ in tempore. Et differt ab elemento syllabarum: quoniam in syllabis elemẽtum est ipsa pductio syllabæ: in litteris uero est pronũciatio: ut dictum est.
Quot sunt litteræ siue elementorum notæ apud latinos? xxi. A b c d e f g i k l m n o p q r s t u x z. h autem non est littera: sed aspirationis nota. Psilon uero est uocalis greca y.
Quot sunt uocales? Quinq;: a e i o u.
Quot sunt consonantes? xvi. b c d f g k l m n p q r s t x z.
Quot sunt mutę? Nouem: b c d f g k p q t.
Quare dicuntur mutę? Quia incipiunt a seipsis: & exeunt in uocales. Vel mutę dicuntur secundum Sextum pomponium: q positis in ultimis partibus orationis: obmutescere cogũt loquẽtes: uel q paruę exiguęq; sint uocis.
Quot sunt semiuocales? Septem: l m n r s x z.



Quare dicũtur semiuocales? Quia omnes fere a uocalibus incipiẽtes, & in se desinentes: similem pene uocalibus sonum habent.
Quot sunt liquidę? Quattuor: l m n r.
Quare dicũtur liquidę? Quia positę post mutas in eadem syllaba faciunt pręcedentem syllabam breuem esse cõmunem.
Quot sunt uerę liquidę? Due: l & r. Nam raro, n, reperit̃ liquida: m, uero pene nunq̃.
Quot sunt duplæ? Due, x, z, quas quidem a græcis accepimus.
Quare dicunt̃ duplę? Quia ponũtur ꝑ duabus litteris: quoniã, x, ponit̃ modo pro, c, &, s, ut apex ꝑ apecs: quod ipse quoq; genitiuus indicat: ut apicis. Modo ꝑ, g, &, s, ut grex ꝑ gregs: unde gregis dicimus ĩ genitiuo modo duplicato, ss, ut ulyxes ꝑ ulysses: quã litteraturã cum duplicato, ss, etiã gręci obseruant. Homerus in secundo Iliados Διόγενες λαερτιάδη πολύμηχανε όδυσευ. Z, autẽ littera muta ẽ: quam similiter ꝑ dictionibus græcis accepimus: quę quidẽ apud gręcos accipit̃ aliquãdo ꝑ duplici, ss, ut μάζα pro massa: ut πατρίζω ꝑ patrisso ποτίζω ꝑ pitisso. Vnde Theocritus usus est dissolutione litterarum σύρισδεται: pro σύριζεται: idest modulatur. Nõnunq̃ antiqui ꝑ simplici, s, utebant̃ ĩ principio dictionis more gręcorũ: ut zagunthũ pro sagũthum: zethus ꝑ sethus. Quãdoq; autem pro, d, ut azor ꝑ ador: quod descẽdit ab ὄζειν: quod significat olere. Mesdentius pro mezentius: auctore prisciano.
Quot uocales sunt quę cõsonantes factę, modo simplices, modo duplices efficiuntur? Due, i, &, u.
Quare accipitur, I, ꝑ simplici cõsonante? Quia cũ ponitur in principio dictionis sequẽte uocali in eadem syllaba, est simplex consonans: ut iuno: iulius: iuppiter. Itemq; in medio dictionis ꝑ simplici cõsonante interdũ reperitur: sed in cõpositis solũ dictionibus: ut iniuria: eiectus: reiice. Virgilius. A flumie reiice capellas.
Quare ponitur pro duplici? quia cũ collocatur in medio dictionis non cõpositę, inter duas uocales efficit̃ duplex: ut maia, maior, maius, priameia, baccheia, peius, eius: in quibus dictionibus

antiqui solebãt/i/litterã geminare: ut maiius/eiius/peiius: & ita de reliquis. Aliquando p dissolutionẽ litterę redit in uocalem. Virgilius. Iulius a magno demissum nomẽ iulo. Nam cũ dictio iulo dissyllaba sit/efficit̃ trissyllaba: &/i/erit uocalis: & tũc apro ore profertur. Cum uero est consonans: exilem sonum habet: & pręssis labiis profertur.

Quare/V/accipitur pro simplici cõsonante? Quia cum ponitur in principio dictionis sequente uocali/cõsonans efficitur: ut uiuo uotum/uates/uultus/uenus. Virgilius. At uenus haud animo ne quicq̃ exterrita mater.

Quare iuenitur ꝓ duplici? Quia cũ ponitur inter duas uocales in medio dictionis/efficitur duplex: ut apparet i pręteritis pfectis & plusq̃ pfectis/tertię & quartę cõiugationis: i quibus/i/posita ante/V/consoantem ꝓducit̃: & eadẽ subtracta corripit̃: ut cupiui cupii/cupiueram/cupieram: audiui/audii/audiuerã/audieram. Itẽ amittit uim pręcedẽte/q/atq; sequẽte uocali: ut sequor/aqua. Item post/g/sequẽte uocali: ut sanguis/lingua. Itẽ antecedẽte/s/ & sequẽte/a/uel/e/ut suadeo: suauis: suesco: suetus. Aliquãdo/u/ cõsonãs accipit̃ pro uocali correpta: ut silua. Horatius i epodo. Niuesq; deducũt iouem: nunc mare: nũc siluę. Idem. Aurarum & siluę metu. Nam in dictione siluæ/V/accipit sonũ uocalis: quia ĩ scansione fit trisyllabũ: ut Aura.ret.silu.emetu. Aliquãdo ex uo cali efficitur cõsonans: ut quibusdam placet: ut genua ꝓ genua. Virgilius. Genua labãt: & tenuia ꝓ tenuia: ut idẽ in geor. Neq; ille ne quicq̃ intectis certatim tenuia cera: spiramẽta linunt.

Quot sunt uocales pręposítiuæ? Tres: a e o.

Quare dicuntur pręposítiuæ? Quia semper pręponuntur.

Quot sunt uocales subiunctiuæ? Due: i & u.

Quare dicũtur subiunctiuæ? Quia subiũctæ pręposítiuis diphthõ gos faciunt.

Quid est diphthongus? Est duarum uocalium/uim suam seruan tium/in eadem syllaba complexio.

Cuius figuræ diphthongus? compositæ. Vnde componitur? ex

λῖσ:quod apud latinos bis dicit̃: & φθόγγοσ : qui uocalis ē ſo
nus:nam φθόγγοσ eſt uox:& uenit a φθέγγω:quod eſt loquor:
quaſi ſonus duarum uocalium ſimul ſonantium .

Quot ſunt diphthongi apud latinos ? Quattuor: ae: oe : au : eu.
Apud gręcos uero ſex repperiũtur ꝓprie αι : αυ : ει : ευ : οι : ου.
Abuſiue autem quattuor : ᾳ : ῃ : ῳ : υι .

Quantę ſunt ae & oe ? Modo breues: modo longæ .

Quare ſunt breues ? Quia cum tantũmodo ſcribãtur:neceſſe eſt ut
quęlibet illarum diphthõgorum habeat unũ tempus / & ſemis:
exquo fit ſyllaba breuis . Non enim in metro ſcriptura ſiue litte
rarũ numerus:ſed ipſum tẽpus ratione pronũciatõnis attendit̃.
Item ſi ſequatur altera uocalis / quæ alterum ſonũ/ & alteram ſyl
labam cõficit: priori diphthõgo & ſyllabæ cõſonare nõ poterit:
unde diphthongus erit etiam breuis: quia cum unico tempore
& ſemis remanebit. Erunt ergo hę due diphthõgi : ae : & oe : in
dictionibus dũtaxat latinis ſemper breues: cũ quęlibet illarum
naturaliter unicũ & ſemis tempus contineat : quod longã ſylla
bam reddere non poteſt. Quod quidem euenit/ tum ĩ ſua dicti
one/ quod fit in medio dictionis compoſitæ/ ſequẽte uocali : ut
ſudibusue praeuſtis. Tum etiam in dictione ſequenti:ut Inſulę
ionio in magno: ſed hoc raro accidit .

Quomodo fiunt longæ ? Ex loco quem in dictione ſortiunt̃: qui
ſyllabã naturaliter longam / & duorũ temporum requirit: ut ē fi
nalis ſyllaba genitiui & datiui numeri ſingularis:& nominatiui
& uocatiui pluralis / nominũ primę declinatiõis . Vel ex termina
tione monoſyllabę naturaliter longę:ut prae . Vel ex cõſonãtis
ſequęla:quæ defectũ ſoni ĩ medio tempore cõſonando ſupplet.
Vel in dictionibus gręcis / etiam nõ ſequente conſonante : nam
tũc quoq; longę reddũtur . In dictionibus uero latinis / ſequẽte
uocali minime elongari poſſunt: ſed naturam ſui temporis con
ſeruant : & breues illas eſſe conſtat .

I n quot locis ponuntur dictionis : ae : & oe ? In tribus .

I n quibus ? ĩ pricipio:ut æneas:æquor:oenotri:poena:poenitet.

In medio ut comoedia: tragoedia: pomoerium. In fine ut musæ: poetæ: & ita de reliquis dictionibus quæ secūtur primā declinatione. Nulla enim dictio i recta scriptura: aut in ꝓlatione in oe. diphthongo finiri potest: sed aut in principio: aut in medio collocatur: ut diximus.

Quibus litteris pręponitur ae. diphthongus? Omnibus litteris: exceptis. a. b. c. f. h. i. k. p. & o. tamen a & o: in dictionibus gręcis repperiū̄t: ut aeas: aeolus: aeolia: & siqua sūt alia.

Quantæ sunt au: & eu? Semper longæ.

Quare sunt semper longæ? Quia cum scribantur & proferantur: & in metro/ & extra metrum: necesse est ut sonus duarum uocaliū integer in unica tantūmodo syllaba conseruetur. Ex quo fit ꝙ utriusq; illarum uocalium tempus in metro remaneat: quia cum in au: & eu: singula uocalis sonum suum seruans/ unū necessario tempus habeat: utraq; illarum diphthongorū/ duo tempora sequēte littera/ siue uocali/ siue cōsonante obtinebit: ex quibus temporibus constat syllaba longa.

In quot locis dictionis collocatur au & eu? In duobus. In quibus? In principio: ut audio: ausculto: eufrates: euphonia. Et in fine: sed hoc in dictionibus gręcis: ut orpheus. Virgil. Orpheus in siluis inter delphinas orion. Similiter tydeus. Verūtamen ubicumq; a uel e in omnibus dictionibus ante us finalem reppeniū̄t: fere ubiq; a & u: uel e & u abinuicē sunt diuisæ: & tūc non ē diphthōgus: quia uocales separātur: & utraq; illarū sonū suum separate conseruat: ut nicolaus: archelaus: alueus: cereus. Quod idem euenit in o & e: cum scribūtur & proferuntur: ut poema: poeta: nam oe tunc nō est diphthōgus. Excipiuntur in latinis dictionibus: laus: fraus: heus: in quibus est diphthongus: quia uocales non separātur: sed simul sonant.

Quot consonantes possunt pręcedere uocalem in eadem syllaba? Non plures q̄ tres: ut strepo.

Quot possunt subsequi in eadem syllaba? Similiter non plures q̄ tres: ut stirps.

Quot cõsonantes possunt subsequi/ si tres præcedunt uocalem in eadem syllaba? Non plures q̃ due: ut monstrans.
Quot consonantes possunt antecedere uocalẽ in eadem syllaba/ si tres subsequẽtur? Non plures q̃ due: ut stirps.
Quę cõsonãtes syllabã post uocalẽ finire possunt? Hę uidelicet: c. s. r. x. Quare? quia si aliqua dictio in duas desinit cõsonãtes: necesse est priorẽ liquidã esse: & sequẽtem uel in c sola n antecedente finire: ut hinc: hunc. Vel in s: ut puls: hiems: mons: ars. Vel in t. n antecedẽte: ut dicunt: amant: & similia. Vel in x: ut falx: lanx: arx. Excipiunt̃ quędã quę in. ψ. apud grecos terminant̃: & apud latinos per p s. aut b s traducuntur: ut pelops: arabs. Et ex latinis quędam: ut princeps: & celebs.
Quot sunt cõsonantes quę alias in eadẽ syllaba precedere & subsequi possunt? Omnes. Quare? quia b ante d in eadẽ syllaba ponit̃: ut abdedera: labdacus: abdomen: bderyros: bdellum. Item ante l ponitur: ut blandor: quod est gestu/ & presertim tactu aliquid suauiter idicare: & ꝑ trãslationẽ ad alios sensus trãsfertur.
C. ante l i eadẽ syllaba ponit̃: ut clarus. Itẽ ante m: ut pyrachmon alcmena: drachma. Itẽ ante n. cneus. cnidos nomẽ urbis: cnosus nomẽ urbis. Itẽ ante r: ut creber: cresias. Itẽ ante t: ut actus lectus. Et aliquando post ipsum ct. r. collocatur in eadem syllaba: ut uictrix: ductrix: & ita de reliquis.
D. ante l in eadẽ syllaba ponit̃: ut abodlas nomẽ fluuii. Item ante m. admetus nomẽ ꝓpriũ uiri: dmois: idest seruus. Item ante n. ut cydnus: idest fluuius: ariadnę. Item ante r: ut draco: drances nomen proprium uiri.
F. ante l in eadem syllaba ponitur: ut flauus: fluuius. Item ante r: ut frater frango.
G. ante l in eadem syllaba collocat̃: ut gladius: glabrio: idest delicatus/ & sine pilis. Itẽ ante m: ut agmen. Itẽ ante n: ut gnatus gneus. Item ante r: ut gratus.
L. nullã cõsonãtẽ i eadẽ syllaba pręcedit: sed semꝑ alias subsequit̃.
M. raro in eadẽ syllaba ante consonantẽ collocat̃: inuenitur tamen

ante . n . ut amnis: somnus: agamemnon: mnesteus: mna: quod uulgo appellatur mina: quę continet unam libram. Sciendū est φ. m. nullā syllabā potest terminare/subsequēte. n. nec etiā. t. nisi. p. interponatur.

N. nunq̄ ante aliquam cōsonantem in eadem syllaba poni potest: sed semper subsequitur.

P. ante. l. in eadē syllaba ponit̄: ut planus. Itē ante. n. ut terapne: nomen ē urbis. Ouidius i heroidibus. Rure terapneo nata puella phrygen. Itē ante. r. ut pratū: preda. Itē ante. s. teste prisciano ut ipse: nupsi: capsa: licet a capio deducat̄. Itē ante. t. ut aptus: captus: pthia: sculptū: sculptile. Itē. p. nō pōt stare iter. m. &. n. nec potest. t. in principio syllabæ: sed aliter sic: ut stirps.

Q. ante nullam consonantem in eadem syllaba ponitur: sed semp̱ alias subsequitur.

R. ante nullam consonantem in eadem syllaba ponitur: sed semp̱ alias subsequitur.

S. sequēte. b. i eadē syllaba collocat̄: ut asbetus: idest īextīguibilis asbutes: idest isepultus. Itē. c. ut scutū. Et post. c. sequēte l: in eadē syllaba ponit̄: ut asclepiades nomē ꝓpriū. Itē sequēte. m. ut smaragdus: smirna. Itē sequēte. q. ut squalor. Et sequēte. p. ut spes: spera. Itē & post. p. sequēte. l. ut splēdidus: uel. r. ut spretus. Itē ante. t. i eadē syllaba ponit̄: ut status: stemnus castellū. Itē ponit̄. s. ante. t. sequente. l. ut stloppus: idest sonus qui ex iflatione buccarū erūpit̄. Persius. Nec stloppo tu nudas intēdis rūpere buccas. Itē. r. ut stratus: structor: idest cōuiuii cōpositor. Itē. s. nō pōt poni ante alterā mutarū: uerū in fine syllabę oēs liquidę ante. s. collocantur: ut puls: hiems: mons: ars.

T. ante. l. in eadē syllaba ponit̄: ut Tlepolemus/nomē proprium: athlas. Itē ante. m. ut tmolus: istmos. Itē ante. r. ut tractus.

X. ante nullam consonantem in eadem syllaba ponitur: sed ante illam omnes liquidę: excepta. m. in fine eiusdē syllabę collocari possunt: ut falx: arx.

Z. ante consonantem poni nō potest: nec ulla duplex ī principio

ſyllabæ cõſonante ſequente locari poteſt. Vnde non recte ſcribit̃ zmaragdus : nec etiam poſt conſonantẽ in eadem ſyllaba collocatur. Et de litteris hactenus ex quibus ſyllaba conficitur : nũc de natura ipſius dicendum uidetur.

Quid eſt ſyllaba ? Eſt comprehenſio litterarũ: quæ ſub uno accẽtu & uno ſpiritu profertur.

Vnde dicit̃ ſyllaba ? A συλλαμβάνω uerbo: quod ẽ cõprehẽdo: uel a σύν quod eſt con: & λαβω quod eſt capio : licet abuſiue unius uocalis ſonum/ſyllabam appellamus.

Quot accidũt ſyllabę ? Quattuor: tenor: ſpũs: tẽpus: & numerus.

Quot ſunt tenores ſyllabarũ? Tres: acutus: grauis: & circũflexus.

Quot ſunt ſpiritus ſyllabarum ? Duo : aſper : & lenis.

Quot ſunt tẽpora ſyllabarũ ? Tria: breue: longũ: & mediũ: quibus oĩs ſyllaba: uel breuis: uel longa: uel cõmunis efficit̃: ut mars.

Quot tempora habet ſyllaba breuis ? Vnum : ut ſermo.

Quot habet ſyllaba longa ? Duo : ut heros.

Quare numerus accidit ſyllabę ? Quia omnis ſyllaba aut ẽ unius litterę: ut . a . & hoc abuſiue: aut duarũ: ut ab . aut triũ : ut ars: arx. aut quattuor: ut mars. aut quiq; : ut ſtans. aut ſex: ut ſtirps. Nulla enĩ ſyllaba ultra ſex litteras ut diximus ꝓgredi poteſt.

Quot uocales poſſunt locari in eadẽ ſyllaba ? Due: ut au. & eu. ae. & oe. Non enĩ tres uocales ĩ eadẽ ſyllaba recte poni poſſunt. Nã I. & . u . nõ aliter diphthongis cõiungit̃: niſi loco cõſonãtium apponãtur. Vel ipſum . u . uim litteræ amittat: ut ſupra dictum eſt. Et quoniam omnis ſyllaba accentu cognoſcitur : ideo non nihil de ipſo accentu dicere conſilium eſt.

Quid eſt accẽtus ſiue tenor ? Eſt certa regula ad eleuandã & deprimendã ſyllabam uniuſcuiuſq; particulę orõnis: qui fit ad ſimilitudinem elementorũ/ litterarũ/ atq; ſyllabarũ. Qui quidẽ apud latinos trifariam diuidit̃ : acuto : graui : & circũflexo.

Vnde dicit̃ accentus ? Quaſi adcantus: quẽ gręci προσωδίαν appellant: alii tonum ſiue tenorem uocant.

Quot ſũt accẽtus apud gręcos ? Decẽ ὀξεια. i. acutus. βαρεια. i. gra

uis. περισπωμένη. i. circũflexus. μακρὰ. i. longus. βραχεῖα. i. bre
uis. ψϊλή. i. tenuis. Δασεια. i. crassus. ἀπόστροφος. i. cõuertens.
ὑφέν. idest subiunctio. υποδϊαστολὴ. idest subdiuisio.

Quid ẽ accentus acutus? Est nota ꝑ obliquũ ascendens a sinistra in dextram partem: sic. /.

Quare ẽ iuentus accẽtus acutus? Vt acuat siue eleuet syllabã: qui fit quotiens cursim syllabam proferimus: ut árma.

Quid est accentus grauis? Est nota per obliquum a summo in dextram partem descendens: sic. \.

Quare est iuentus accentus grauis? Vt deprimat aut deponat syllabam: sed i latino sermone pene usum non habet.

Quid ẽ circũflexus? Est nota de acuto & graui facta: sic. ⌒.

Quare ẽ inuẽtus? Vt deprimat atq; acuat syllabã: quod fit quotiens tractim syllabam pronũciamus: ut musa.

Quid est longus? Est nota a sinistra in dextram partem ęqualiter ducta: sic. —.

Quid ẽ breuis linea? Est nota iacẽs similiter: sed panda sicut pars inferior circuli: sic. ◡.

Quid ẽ tenuis? Est siccitas siue tenuitas quæ notatur sic. ɔ.

Quid est crassus? Est flatilis littera: hoc ẽ aspirationis nota: quæ apud gręcos hac notaẽ figura. ᴄ. uel sic. ⊦. apud latinos uero addita uel detracta uocali. h. significat.

Quid est cõuertens? Est altera pars circuli dextra: sed ad summã litteram posita: quæ fit sic. ɔ. Hac autẽ nota ostendimus parti orationis deesse ultimam: cuius cõsonans remanet: ut ẽ apud maronem. Omnipotens genitor tanton me crimine dignum duxisti: pro tantone.

Quid ẽ subiunctio? Est uirgula subiecta uersui circũflexa: sic. ◡. qua duo uerba cum res exigit copulamus: ut antetulit: anteuolans. Virgilius. Turnus anteuolans tardum pręcesserat agmen. Et est contraria Διαστολή.

Quid est subdiuisio? Est pars circuli dextra/ad imas litteras deposita: quę sic fit. ɔ. Hac autem nota/male coherentia discernunẽ.

unde Virgilius. Tum danai gemitu atq; ereptæ uirginis ira:&
pcubuit uiridiq; in littore conspicitur sus.
Quibus in locis dictionis ponit accentus acutus apud latinos?
In duobus: in penultimo: & antepenultimo. Apud grecos uero
in penultimo: antepenultimo: & in ultimo.
Quibus locis collocat circũflexus? In penultimo tantum.
Quibus locis ponit grauis? Grauis autẽ accẽtus i latinis dictioni
bus pene usum nõ habet: in grecis uero ultimũ locũ obtinet: &
omnis dictio eum suscipiens, secundũ equalitatẽ legitur.
Quot accentus collocãtur in simplici siue integra dictione? Vnus
uel acutus: uel circũflexus: uterq; eni simul collocari nõ possunt
in una & eadem dictione: ut romanus: hispanus.
Quot accentus collocantur in compositis? Vnus similiter seruat:
ut malesanus: interealoci.
Quibus locis collocãtur, in pegrinis uerbis, & barbaris nomibus
uel iteriectionibus? Arbitratu nostro. Nam i eiusmodi dictioni
bus nõ sunt certi accẽtus: ideo i arbitrio uniuscuiusq; cõsistunt.
Ideoq; prout necessariũ est: sic in metro collocari possunt.
Quomodo cognoscit accentus in dictione? Sono: quia accentus
semp ẽ i ea syllaba que plus sonat: que res deprehẽdit, cũ aliquẽ
longe positũ clamantẽ audimus: tũc eni inuenimus naturali ra
tione, illam syllabã plus sonare que retinet accentum.
Quibus locis computatur accẽtus in dictione? Non a prioribus:
sed ab ultimis. Nec possunt ascẽdere nisi usq; ad tertiam syllabã
a fine: contra usum grecorum: qui ponunt accentum acutum in
tribus syllabis: circũflexum autem i duabus: idest in ultima: &
penultima. Latinitas uero in ultima syllaba nullum ponit accẽ
tũ. Ex quo fit q accẽtus acutus apud latinos, duas habet man
siones: penultimam: & antepenultimam. Circũflexus uero pe
nultimam solum: ut supra dictum est.
Quot modis nõ seruat accẽtus? Tribus modis: ratione distincti
onis: ambiguitate: & necessitate pronũciationis.
Quomodo ratione? Hoc pacto: siquis cõtra regulã poneret accen

tum ĩ ultima syllaba rõne distictionis: ut pone: ergo. Nam ĩ fine dictionis accẽtus collocari nõ potest apud latinos: ut diximus nisi gratia distictionis. Ideo pone hẽt accentũ in ultima syllaba: ne uideat̃ eẽ uerbũ impatiui modi pone. Itidẽ ergo: ne puteṭ eẽ coniũctio rationalis: ut est apud maronem in sexto. Illius ergo. Terentius. Mihi ne tibi ergo.

Quomodo nõ seruat̃ ambiguitate pnũciationis? Hoc pacto/cum dicimus/iterealoci. Quapropter ne uideant̃ esse due partes: nec faciãt ambiguitatẽ in sermone: sub uno accentu pronũciantur: quod sępissime reppentur apud comicos.

Quomodo fit necessitate pnũciationis? Hoc modo: siquis dixerit doctus: & deinde adiũgat q3: pticulã cõiunctiuã: ut sit doctusq3: tũc eni accẽtus erit i secũda syllaba: cũ i prima eẽ debebat: quod fit pter cõiũctionẽ adiunctã. Inueniunt̃ eni quattuor pticulæ quę a grãmaticis appellantur encleticę: idest iclinatiuę: quibus quidẽ accentus corrũpit̃: & a suo loco remouet̃: q3. ue. ne. ce. Quoniã quotiẽscũq3 hę pticulę adiũgunt̃ dictionibus: faciunt accentũ in ultimis syllabis: ut musaq3: dixitue: legitne: illiusce: huiusce. Similiter itaq3 cũ est aduerbiũ: ut itaq3 fecit: itaq3 dixit: idest & fecit ita: & dixit ita. Cũ uero ẽ coniũctio rõnalis/p una pte accipit̃: ut itaq3 uenio: itaq3 dicã: & eiusmodi. Nõ eni i aliqua pte orõis põt eẽ p duabus: nisi ea p simplici ponat̃ ut diximus.

Quibus accẽtibus pnũciandæ sũt gręcæ dictiones apud latinos? Gręcis accẽtibus: nã gręca decliatio hẽt accentũ in accusatiuo in secũda syllaba: ut hos archadas: cyclopas. Virgi. in. xi. ęneidos. Exulat ętneos uidit cyclopas ulixes: aliter eni uersus stare non posset. Latina uero declinatio i eiusmodi dictionibus mutat ac cusatiuũ i es: & hẽt accẽtũ i prima syllaba: hoc ẽ i tertia a fine: ut hos archades: cyclopes. Sed i genitiuo plurali habet accentũ in penultima: more gręcorũ. Virgilius in tertio. Ignariq3 uię cyclo pum allabimur oris. Et ita de reliquis.

Quo accẽtu proferunt̃ monosyllabę dictiones/naturaliter longę? Circũflexo: ut res: dos: spes: ros: & eiusmodi.

Quo accẽtu proferunt̃ monoſyllabę dictiones/naturaliter breues
uel poſitione longæ? Acuto: ut fax: pax: nix: nux: dux: nex: &
his ſimilia. Quoniam in accentibus ſyllaba/ſiue naturaliter bre
uis: ſiue poſitione longa/indifferenter accipitur.

De diſſyllabis dictionibus.

Quo accentu proferũtur diſſyllabæ dictiones/ quæ habẽt priorem
productam: & poſteriorẽ correptã? Circũflexo accentu: ut meta:
creta: roma: & his ſimilia.
Quo accentu pronũciantur diſſyllabę dictiones: quarũ ambę ſunt
natura longę: ut leges: uel longę poſitione: ut princeps? Acuto
accentu: ut nepos: reges: & eiuſmodi.
Quo accẽtu ꝓferunt̃ diſſyllabæ dictiões/quarũ ambę ſunt breues?
Similiter acuto accẽtu ꝓnũciamus: bonus: malus: & eiuſmodi.
Quo accentu proferuntur diſſyllabę dictiones: quarũ prima ſit na
turaliter breuis: ut ego: ſiue prior ſit longa poſitione: ut arma:
ſiue poſterior: ut arabs? Simili accentu: non autem circũflexo: ut
arcus: & eiuſmodi. Quoniam licet talis ſyllaba ſit breuis: tamẽ
quia fit longa poſitione: tali accentu ꝓfertur: qui quidem natu
ralis non eſt: ut ſupra dictum eſt.

De triſſyllabis & deinceps.

Quo accentu ꝓferuntur dictiones triſſyllabę/& deinceps? Hoc pa
cto: ſi penultimã correptam habuerint: antepenultima acuto ac
cẽtu ꝓnunciat̃: ut tullius: hoſtilius. Quoniã ratio triſſyllabarũ
dictionũ exigit: ut tertia a fine ſyllaba acutũ ſemꝑ hẽat accentũ.
Quo accẽtu pronũciatur/ſi prima fuerit longa poſitione? Acuetur
prima/antepenultima nõ grauabit̃: ut catillus: metellus: romu
lus. Nam ro. habet accentum acutum: quia mu. breuis eſt. Cum
eni ſecũda a fine fuerit naturaliter breuis/ ut romulus: tũc ſemꝑ
antedictum habebit accentum. Quotiens autẽ penultimo loco
eſt ſyllaba longa: ipſa quidem habebit accentum.
Quo accẽtu ꝓfert̃ ſi ex muta & liquida/lõga i uerſu ſyllaba cõſtat?
Acuto: ut latebrę: tenebrę: ſalebrę. Aliquãdo cõtra: quia eiuſmõi
ſyllabę ꝓpter liquidas ſũt cõmunes: i orõe uero mutãt accentũ.

Quo accẽtu profertur si ultima syllaba fuerit breuis / & penultima naturaliter longa? Ipsa quidem penultima circũflectitur: ut cethegus: perosus: & eiusmodi.

Quo accentu pnunciatur si ultima fuerit naturaliter lõga? Acuetur penultima: ut athénę: micénę: myséne: & his similia.

Et quoniam accentus sunt difficiles cognitu: ideo arsis & thesis cognitio uidetur esse necessaria. Siquidẽ in unaquaq; parte orõnis arsis & thesis reperiuntur: non in ordine syllabarũ: sed in pnunciatione: ut apparet in hac dictione natura. Nam cũ dicimus natu: eleuatur uox: & ẽ arsis in syllaba tu. Cum uero pnunciamus ra. uox deprimitur: & est thesis de tu. Vox enim quantũ suspenditur p arsim: tantũ deprimitur p thesim: quoniam ipsa uox quæ formatur donec accentus perficiatur: deputatur in arsim: quę uero post accentum sequitur: attribuitur in thesim.

Quid est arsis? Est eleuatio uocis apud latinos.

Vnde dicitur arsis? παρὰ τὸ ἀίρω: quod eleuo apud latios significat.

Quid est thesis? Est positura siue positio uocis: quæ fit ubi uox p interuallo distinctionis deponitur.

Vnde dicitur thesis? παρὰ τὸ τίθημι: quod significat pono.

Et quoniam thesis accipitur interdum pro figura: quę sensus orationis p cola / comata / & periodos distinguit: & ppterea dicta est positura siue positõ: quia pũctis positis / cõueniẽtes denotat sensuũ partes: uel quia ibi uox p interuallo distinctionis deponitur. Ideo de ipsis punctis aliquid dicendum uidetur.

Quot sunt genera punctorũ? Octo: suspensus: geminus punctus: coma: colus: piodus: semipũctus: iterrogatiuus: exclamatiuus siue admiratiuus: & parenthesis.

Quid est pũctus suspensus? Est simplex uirgula: sic. /. quæ fit ĩter substantiua: uel adiectiua: uel uerba modi finiti: uel infiniti: uel inter præpositiones: cum nulla interponitur copula: ita tamen q alterum non ueniat ad determinationẽ alterius. Fit etiam cũ initio pronũciationis nondum plena pars sensus est: & tamen respirare oportet: ut pecuniam /

Quid ẽ geminus pũctus? Eſt quo utimur ubi clauſula maiorẽ quie
tem habet: ſenſus tamẽ ẽ impfectus: uel fit quotiẽs ꝓpriũ momẽ
uiri aut mulieris ignoraẽ: ut in quibuſdã inſcriptionibus ponti
ficũ apparet. Et fit hoc modo . . ut pecuniã/ bonaq; omnia . .
Quid eſt coma? Eſt pũctus quo utimur cum clauſula uidetur iam
eſſe perfecta: & tamen adhuc aliquid de ſententiæ plenitudine
reſtat. Et a gręcis dicitur coma: a latinis appellaẽ ſubdiſtinctio:
eo ꝙ ſub littera/ uel ad finẽ litterę ſignatur. Et fit hoc modo: ut
pecuniam/ bonaq; omnia . . dilapidauit frater meus:
Quid eſt colus? Eſt punctus qui poniẽ in fine clauſulæ/ cũ ſenſus ẽ
perfectus. Et a gręcis diciẽ colon: quod ſignificat membrũ/ ſiue
internodũ: loco cuius utimur duobus pũctis ſic: ut pecuniã/ bo
naq; oia . . dilapidauit frater meus: licet ſępiſſime ei ꝓhibuiſſẽ:
Quid eſt ſemipunctus/ ſiue punctus planus? Eſt punctus quo uti
mur in fine orõnis perfectę: utpote ſi ſermo ad ſequentẽ/ ulterio
remq; ſententiã trãſeat/ hoc modo. Ut pecuniã/ bonaq; omnia. .
dilapidauit frater meus: licet ſępiſſime ei ꝓhibuiſſem: ſed quid
agas ęquo animo ferendum eſt.
Quid eſt periodus? Eſt pũctus quo utimur cũ ſententia eſt pfecta:
ita tamẽ ꝙ ea quæ ſequũtur/ nõ ſint ex eadem materia: ſed ex di
uerſa. Nam piodos gręce dicitur terminus: a latinis uero diſtin
ctio: quia integram a ſequentibus ſententiam diſtinguit: & hoc
apud oratores. Cęterum a poetis ubi in uerſu ẽ/ & poſt duos pe
des ſyllaba alicuius dictionis remanet/ coma nũcupatur: hoc eſt
particulæ pręciſio/ ſiue ceſura: quæ fit per ſcanſionem. Ubi uero
poſt eoſdem pedes/ nulla dictionis particula remanſerit: colon
dicitur: ideſt membrum: & totus uerſus periodos appellatur.
Et fit hoc modo ;
Quid eſt interrogatiuus? Eſt punctus quo utimur in interrogati
one. Et fit duobus modis: aut poſt imperfectam orationẽ: aut
poſt perfectam: hoc modo ?
Quid ẽ pũctus exclamatiuus/ ſiue admiratiuus? Eſt quo utimur ĩ
exclamatione & admiratiõe: ut o patria: o diuũ domus: & iliũ

inclita bello: gloria dardanidũ! Idem alibi. Me ne incepto desi stere uictã! Terentius. O indignũ facinus! Et fit hoc modo!

Quid est parenthesis? Est uirgula cõnexa: quæ fit cum diuersa oratio interponit̃ orationi: ut Inuidia postq̃ pellacis ulixis (haud ignota loquor) superis cõcessit ab oris. Quæ fit hoc modo ( )

Hactenus de litteris deq; syllabis/atq; accẽtibus: ut earũ rerũ ratio poscebat/cõmode pstrinximus. Nunc autẽ de singulis dictionibus quantũ licebit planissime percurremus. Nam quomodo ex litteris apte coeuntibus/cõficiuntur syllabæ: & ex syllabis dictiones: ita ex ipsis quoq; dictionibus omnis perfecta constat oratio: de cuius quidẽ partibus/quo ad eius fieri poterit apertissime dicemus.

Quid est dictio? Est cõprehensio syllabarũ/aptissime coniunctarũ: ex qua quidem ut dixi conficitur oratio.

Quid ẽ oratio? Est cõprehensio dictionũ/aptissime ordinatarũ.

Quot sunt partes orõnis? Octo: nomen: uerbũ: participiũ: ꝓnomẽ: prępositio: aduerbiũ: iteriectio: & cõiũctio. Quarũ quattuor sũt declinabiles: scilicet nomẽ: uerbũ: ꝑticipiũ: & ꝓnomẽ. Indecliabiles sũt: prępositio: aduerbiũ: iteriectio: & cõiũctio. Sed ex oibus ꝑtibus orõnis/nomẽ & uerbũ principales partes sunt: eo ꝙ ipsæ solæ faciunt elocutionẽ: ut cicero scripsit orõnes: uirgilius fecit poema: & sine ipsis nulla pars cõplet elocutionẽ. Vnde aristotelici duas dicũt esse partes orõnis: nomẽ & uerbũ. Stoici quinq;: grãmatici octo: pleriq; nouẽ: pleriq; decẽ: pleriq; undeci. Interiectionẽ gręci penitus nõ habẽt: sed iter partes orõis: idest i octo cõputant. Latini uero articulo nõ penitus carẽt: sed in ꝓnomine computant. Tres autem partes orationis sunt/quæ casibus declinantur: nomen: pronomen: & participium. Et una quę temporibus: idest uerbum. Cęterę omnes quattuor non declinanẽ: ut supra dictum est.

Quid ẽ nomẽ? Est ꝑs orõis decliabilis ꝑ casus: significãs substãtiã & qualitatẽ ꝓpriã uel cõem cũ casu. Vel ẽ quod significat ꝑ modũ ꝑ se stãtis: uel ꝙ sit substãtia & origo uerborũ: ut amor unde

oritur amare: & timor timere: ut prius sit res / deide usus rei: quia nemo amat sine amore: nec timet sine timore: ut re ipsa apparet.
Quotuplex est nomen? Duplex: substantiuum: & adiectiuum.
Quid est nomen substantiuũ? Est illud cui præponitur unũ articulare tantum: ut hic petrus. Vel duo adplus: ut hic & hęc homo.
Quotuplex est nomen substantiuum? Duplex: proprium & appellatiuum.
Quid est nomen proprium? Est illud quod conuenit uni soli: ut petrus: & florentia.
Quid est nomẽ appellatiuum? Est illud quod conuenit multis: ut ciuitas & homo.
Quid ẽ nomẽ adiectiuũ? Est illud quod uariatur per tres diuersas uoces: ut bonus bona bonum. Vel cui pręponuntur tria articularia pronomina: ut hic & hęc & hoc: coniunctim uel diuisim. Cõiunctim: ut hic & hęc & hoc felix. Diuisim: ut hic saluber: hæc salubris: & hoc salubre. Vel partim cõiunctim: & partim diuisim ut hic & hęc fortis: & hoc forte.
Quid est nomen adiectiuũ? Est illud quod significat per modum adiacentis alteri: idest substantiuo: quia adiectiuũ sine substantiuo stare nõ potest: cui respondet in genere: & numero: & casu.
Quot accidunt nomini? Quinque: species: genus: numerus: figura: & casus.
Quot sunt species nominum? Due: primitiua ut mons: deriuatiua ut montanus.
Quot sunt genera nominũ? Septem: masculinũ ut hic poeta: fęmininum ut hæc mulier: neutrũ ut hoc templum: cõmune ut hic & hęc homo: omne ut hic & hęc & hoc felix: promiscuum quod ΕΠΙΚΟΙΝΟΝ. gręci uocant: ut hic paser: & hęc aquila. Incertũ ut hic uel hęc dies. Sed licet genera nominũ plura sint: duo tamẽ principalia esse uidenẽ: & quæ proprie dici genera possunt: masculinum scilicet & fęmininũ: ꝑpterea ꝙ cum genera dicũtur a generando: hæc sola nouit ratio naturæ. Reliqua uero uocis magis qualitate ꝙ̃ natura dinoscuntur. Quæ cũ ita sint quomodo illa

cognoscere possumus: hic regulas quasdam adnotemus.

In. A. igit desinẽtia nomina: si ꝓprie & apud grecos assumãt. s. ut catilinas: sillas: aquilas: uel contra: idest si apud grecos in as uel in es desinẽtia in. a. terminent apud latinos: ut marsias: & sophistes: & alia eiusmodi multa: que cũ apud grecos i. as. uel ĩ es exeũt: in. a. dũtaxat apud latinos desinũt: ut marsia: sophista: masculina sunt. Excipiũtur tamen hec charta: hec cateracta: margarita: catapulta: quæ cũ sint masculina apud grecos: apud nos etiã genus cũ terminatione mutarũt. Quod autem turia & similia fluminũ nomina masculina sint: ostendit etiã Salustius in am terminãs eius accusatiuũ in libro historiarũ: dicens inter leuam montiũ/ & dextrum flumen turiam. Nam si esset neutrum similis esset nominatiuus accusatiuo: & accusatiuus uocatiuo. Illa quoq; in. a. desinẽtia que officiorũ sunt ad uiros ptinentiũ nulla dubitatio ẽ masculina esse: ut scriba: lixa: collega. Quæ uero apud grecos cõmunia sunt uel mobilia: & apud latinos i. a. desinant tantũ: nec ex masculinis in. us. desinẽtibus trãsformantur: cõmunia tantũ sunt: & pene omnia a uerbis sunt composita uel deriuata: ut hic & hæc agricola: cælicola: aduena: patricida: grauigena. Ex his tamẽ nõnulla iueniunt neutro generi adiuncta: sed figurate p allothetam: aduena: mancipiũ: & alienigena studia: ait Valerius in secũdo memorabiliũ. Nullum eni neutrũ nec prime nec quinte declinationis põt inueniri. Vnde quidam hoc aufugere uolẽtes: dixerũt antiquos declinasse talia nomia tanq̃ adiectiua: ut alienigenus. a. um. Sicut Pacuuius qui ait in paulo. Que tua captigeno generi gradibilis gressio ẽ. Alia uero oĩa ꝓpria uel appellatiua in. a. desinẽtia feminina sũt: ut mula: curia: roma: ilia. In ꝓmiscuis tamen quedã auctoritate ueterum secundũ genus masculinũ ꝓlata. Virgilius i georgicorũ primo. Aut oculis capti fodere cubilia talpe. Idem i bucolicis. Cum canibus timidi uenerint ad pocula dãme. Oratius tamẽ feminine hoc idem ꝓtulit in primo carminũ. Et supiecto pauide natarunt equore dãme. Idem in secũdo epistolarũ. Si foret i terris rideret

b

Democritus. Seu diuersum confusa genus pantera camelo: siue elephas albus uulgi conuerteret ora. Et magis in quadrupedibus hęc iuenimus. Nam i aliis aialibus si sint ꝓmiscua in. a. fęminini articulos assumūt. Siqua uero in. a. neutra repperiunꝰ non latina sed græca sunt: ut poema: & torreuma: & his similia. Excipiunꝰ tamē tria monosyllaba latina: quę neutra sunt & idedinabilia: litterarū scilicet nomina: ut. A. k. H. omnia eni elementorū nomia ꝓpria: neutra sunt tā apud nos/ q̄ apud gręcos & ideclinabilia. Numerorū uero nomia quę declinanꝰ: mobilia sunt/ uel per tres/ uel duas terminatinoes. Indeclinabilia uero trium generum.

In. E. correptam neutra omnia sunt: ut mare: sedile: monile.

In. E. productam græca fęminina sunt: ut euterpę: libię.

In. I. neutrum: ut hoc gūmi: & a genitiuis composita cōmunia trium generum: ut eiusmodi. Nam nihili/ frugi/ mācipi/ obliqui sunt casus figurate/ cum omnibus casibus.

In. O. I. antecedēte quādo nō sunt uerbalia siue ꝑticipalia: masculina sunt: ut hic stellio: curgulio. Quando sunt uerbalia siue participalia fęminina sunt: ut actio: ratio: lectio. Similiter si ante o. habēt. g. uel. d. &. o. in genitiuo mutēt in. I. fęminina sunt: ut uirgo uirginis: dulcedo dulcedinis: cupido cupidinis: quod tamē & masculinū repperiꝰ: & maxime quādo propriū est ipsius dei amoris. Excipiunꝰ supradictę declinatōis masculina hęc: ut hic ordo. dinis. cardo. dinis. Margo quoq; auctoritate poetica: nō solum fęminini/ sed etiā masculini generis iuenitur. Statius i thebaidos libro primo. Soluerat hesperii deuexo margine ponti. Propria quoq; iueniunꝰ fęminina: quę apud gręcos in. o. uel in. on. desinunt: ut manto: dido: sapho: bubo: & unū latinū/ iuno: appellatiuū in. ro. unū/ caro. Alia uero oia masculina sunt: ut stellio: annio: cicero: milo: appollo: mango: prędo: ligo: carbo: sermo: quaterno. Exceptis paucis nominibus quę cōmunia esse tā ipsa natura/ q̄ exēplo gręcorū demōstrari possunt: apud quos uel cōmunia/ uel mobilia hęc iueniunꝰ: ut hic & hæc

homo: hic & hęc latro. Inueniunt tamē ex his quędā in . a . faci entia fęmininū: ut leno/ lena: caupo quoq; caupona facit: quod ē tam mulier/ q̄ taberna: & ad imitationē gręcorum leo/ lena/ uel lea : drago/ dragena : strabo/ straba .

In . V . neutra sunt : ut cornu/ gelu/ genu .

In . C . duo sunt neutra : ut lac/ lactis : & alec/ alecis .

In . D . neutra sunt : ut quid/ uel quod/ & aliud . Nec enim ratio esse ostendit/ & bogud bogudinis/ nomen barbarum : quod Liuius in centesimo. xiiii. libro declinauit bogudis .

In . al . latina neutra sunt oīa : ut tribunal/ ceruical/ uectigal. Excipitur unū monosyllabū masculinū: ut hic sal . Terētius i eunuc. Qui habet salem quod in te est. Salustius i iugurtino. Neq; salē neq; gulæ irritamenta . Inueniūtur tamem uetustissimi quidam etiā neutro genere hoc protulisse . Barbara uero in . al . desinētia masculina sunt : ut hannibal / hasdrubal .

In . el . correpta sunt neutri generis : ut mel / fel .

In . el . ꝓducta barbara masculina iueniunt : ut michael/ gabriel.

In . il . unū masculinum : ut pugil : unū fęmininum : ut tanaquil: & unū cōmune : ut uigil : unū neutrū indeclinabile : nihil : quod ꝑ appocopem/ ab eo quod est nihilū/ factū est nihil .

In . ol . unum masculinum : ut sol/ solis .

In . ul . quoq; unū repperitur masculinū latinū : ut consul : duo cōmunia : pręsul/ & exul : & barbara/ suthul/ & mutul/ propria : quę ideo quidam neutra esse putauerūt: ꝙ appellatiuis neutris sunt cōiuncta : ut oppidū suthul . Sed melius ē figurate sic esse apposita dicere: ut si dicas/ mons ossa/ uel tibris flumē: q̄ ꝙ neutri generis in . ul . terminātia sint : & maxime cū lingua penorū quę caldeę uel hebreę similis ē: & syre nō hēat neutrū genus.

In . am . unum inuenitur cōmune trium generum/ & utriusq; numeri : ut hic/ & hęc/ & hoc nequam .

In . im . quoq; unū neutrū: ut cim/ nomē uici: ut dicit Celsus. Et barbara īdeclinabilia nō solū in . am. & i. im. sed i alias quoq; literas terminꝯt : in quas latina uel gręca non solent desinere : ut

abraham/iacob/dauid/ioachim/lethbalac. Sed hæc nulla regula latina uel græca sunt moderãda: nisi trãsferant̃ in aliquã delina bilẽ formã: quod quidã historici fecerũt: ut abrahamus, mi.

In. um. neutra sunt oĩa: ut templum/regnũ/telum. Inueniũtur tamẽ apud comicos fẽminarũ quoq; ꝓpria: quæ ĩ hanc termina tionẽ diminutionis/ siue adulationis amatoriæ causa ꝓferũtur: ut glicerium/dortium/philortiũ/phamnium.

In. en. correpta a canẽdo cõposita/masculina sunt: ut cornicen/ & tubicen: quorũ fẽminina quæ sunt ĩ usu/ a genitiuo figurãtur mutata. is. in. a. ut fidicinis/fidicina: tibicinis/tibicina. Alia ue ro neutra sunt: ut numen/stamen/semen: quod etiã seminũ non nulli ex ãtiquis ĩ nõĩatiuo ꝓtulerũt. Plautus ĩ milite glorioso. Verri afferunt merces non hic suo seminio quisq̃ in porta lenam ĩpartiturus ẽ. Excipitur flamen/ sacerdos iouis/ & pecten: quæ sunt masculina.

In. en. ꝓducta latina/generis sũt masculini: ut lien/rien/uel ren/ & splen. Græca uero eadẽ seruãt genera quę habẽt apud grẹcos: ut hic titan: & hæc syren.

In. ar. latinũ unũ dũtaxat propriũ dissyllabũ inuenit̃: ut cæsar: & monosyllaba masculina duo: ut lar/ & nar. Virgil. in. vii. Sulfu rea nar albus aqua. Barbara uero plura: ut bocar/amilcar/ & arar: quod etiã araris dicitur ĩ nomĩatiuo: unde Virgil. ararim ꝓtulit ĩ accusatiuo: ut Aut ararim parthus bibet: aut germania tigrim. Par solum cũ suis cõpositis/trium generũ repperitur: ut impar/ dispar/ separ/compar. Alia uero ĩ. ar. desinẽtia latina neutra sunt: ut laquear/ & far: quod adsciscit alterũ. r. in genitiuo: ne si faris dicamus/ puteẽ a for faris uerbo uenire: & colũbar quod significat genus uinculi. Plautus in rudente. Nam in columbari col lum haud multum poterit.

In. er. si sunt secũdæ declinatõis/masculina sunt: ut socer/anser/ puer/oleaster: sin tertiæ declinationis sint. b. uel. u. loco con sonantis antecedẽte/neutra sunt: nisi sint adiectiua: ut tuber/ & cadauer: & multa his similia. Excipitur hic imber: quod uidetur

a grȩco eē: & illius genus seruasse: & ex eo cōposita: ut septēber: & october. Terrȩ quoq; fetus si sint in. er. desinentes/ & tertiȩ declinationis: neutri sunt generis: ut siler/ papauer. Excipitur hȩc acer. ris. arbos: iter quoq; uel itiner uetuste neutri sunt generis: & spinter quod aut fibulam in humeris/ aut armillam significat. Alia uero omnia masculina sunt: ut hic pater/ frater: & his similia. Excipiunť tamen mater & mulier/ ratione naturȩ: & linter quod licet apud grȩcos masculinū sit: tamen apud nos fȩmininū est. Liuius in sexto. Iam in altū expulsa lintere. Adiectiua quoq; excipiūtur: quæ si nō in. ris. faciunt fȩminina: necessario cōmunia sunt: ut celer masculinū: celeris fȩmininū: cuius neutrū in. e. iuenitur. Teren. i phormione. Nullus es geta/ nisi aliquod consilium celere repperies. Pauper tamen cōmunis est generis: quod probat Terentius i andria: q̄ honeste pauper in patria uiuere. Quāuis nōnulli ex uetustissimis eius fȩmininū in. a. ꝓtulerunt. Plautus i aulularia. Paupera hȩc res est. Acer uero & alacer/ & saluber/ & celeber/ q̄uis in. ris. plerūq; fȩminina eorū fiant: i utraq; tamē termiatiōe cōmunis etiā generis iueniunť ꝓlata.

In. ir. masculina sunt: ut hic uir: leuir: treuir: qui dicitur uxoris frater: & abadir/ qui significat deum quēdam/ & lapidem illum quē saturnus deuorasse pro ioue dicitur: quem græci βαίτυλον uocant. Excipitur unum ꝓprium nomen ciuitatis/ gadir: quod quidam fȩmininū esse putauerunt: sed Salustius neutrum esse ostendit in secūdo historiarū: accusatiuū nominatiuo similē ponens: ut alii tradiderunt/ tartesum hispaniæ ciuitatem: quā tiri nunc mutato nomine gadir habent. Nam si esset fȩmininū: gadirem dixisset: & non gadir. Et unum neutrum indeclinabile: ut hoc ir.

In. or. compatiua quidē cōmunia sunt: excepto senior. Alia uero omnia masculina sunt: ut hic arator/ cursor: & his similia. Exceptis fȩmininis quidē tribus: quorū duo ipsa natura alterius esse generis ꝓhibet: ut uxor/ & soror. Tertiū uero hoc est arbor etiam iure inter fȩminina cōnumeratur: propterea ꝙ unaquæq;

mater quoq; dicit̃ proprii fetus: auctoritate Virgilii: qui ĩ secũdo
georgicorũ hoc ostendit dicẽs. Parua sub ingẽti matris se subie
cit umbra. Vnde specialia uniuscuiusq; arboris nomina fęmini
na sunt. Excepto oleastro: quod tam forma terminationis: q̃ de
clinationis prohibet esse fęmininũ. Nam siler non est inter arbo
res ponẽdum: sicut nec rubus. Neutra quoq; in. o. desinentia
quattuor ĩueniunt̃: scilicet marmor: ęquor: ador: & cor. Memor
uero & ĩmemor: & a decore / uel corpore / uel colore composita
communia sunt. Auctor autem quando αυθέντην significat
cõmune est: quando ἀυξήτην & augetur / & auctrix facit fęmi
ninũ / masculinũ est: sicut oĩa uerbalia in. or. desinẽtia.

I n. ur. si sint hominũ propria / uel deorum / uel gentilia / uel ap
pellatiua auium. x. uel. t. uel. f. ante. ur. habẽntia / mascu
lina sunt: ut anxur / astur / turtur / uultur / furfur. Verbalia uero
quę hominibus imponi possunt / cõmunia sunt / si sint tertię de
clinationis. Inuenit̃ masculinũ satur: cuius fęmininũ in. a. ter
minatur. Alia uero eiusdẽ terminationis nomina / neutra sunt:
ut murmur / iecur: & his similia. Guttur tamẽ masculino genere
ꝓtulit Plautus in aulularia. Etiã ne obturat inferiorũ gutturem
nequid animę forte ãmittat dormiẽs.

I n. as. latina si sunt patriæ / cõmunis sunt generis: ut hic & hęc
arpinas: capenas. Alia uero fęminina sunt: ut pietas / probitas.
Excepto uno ꝓprio / męcenas / męcenatis. Est etiam lenas: quod
differentię causa in fine circũflectitur. Iuuenalis ĩ primo. Quod
captator amat lenas aurelia uẽdat. Inueniũtur tamẽ alia quoq;
propria in forma gẽtilium prolata: ut Antias historicus. Et mo
nosyllaba in. as. ut as / assis: mas / maris: uas masculinũ / uadis:
uas neutrum / uasis. Et hoc fas / nefas / nugas: etiam omnis ge
neris quæ sunt indeclinabilia. Gręca uero tam in. as. q̃ in alias
quascũq; syllabas terminantia: eadem seruant apud nos genera
quæ habẽt apud gręcos: si eandem seruent termĩationem etiam
apud latinos: quam habẽt apud illos. In multis enim uidemus
cõmutationem terminationis: genera quoq; esse conuersa: ut

ὁκρατὴρ : idest hic crater: & hęc cratera : ὁχάρτης : idest hic cartes: & hęc carta : ὁκηρὸς .i. hic ceras: hęc cera: & alia his similia.

In . es . correptã desinentia nomina si sint apud gręcos cõmunia uel mobilia: quę illi trigonea uocãt : cõmunia quoq; sunt apud nos : ut hebes/ miles/ teres/ sospes/ diues/ superstes/ quadrupes/ inquies . Neutrorũ quoq; esse adiectiua possunt/ si exigit usus. Virgilius in. vii. Hęc tereti mos est aptare flagello. Iuuenalis in quinto. Nec unq̃ depositum tibi sospes erit. Frequenter tamen hęc duo: scilicet sospes & hospes: fęminino genere in . a . terminãt auctores. Virgil. in. iii. ęnei. Et pater anchises bellum o terra hospita portas . Ouidius in secundo fastorũ . Principio mensis frigiæ cõtermina matris Sospita delubris discitur aucta nouis . Sed contra antistita iuenitur ꝓ antistes . Cicero de signis postri die sacerdotes cereris atq; illius fani antistite: maiores natu probatę ac nobiles mulieres rem ad magistratus suos deferũt. Alia uero omnia : idest quæ nullam significationis naturalem communioné habent cum fęmininis: masculina sunt: ut gurges/ trames/ stipes: & his similia. Exceptis in . g . desinentibus quæ in genitiuo . e . seruant . Sunt enim fęminina duo : seges/ segetis : teges/ tegetis. Et uno arboris/ quod ratiõe supradicta fęmininũ est: ut abies/ abietis : compes compedis. Terentius in phormione . Habendę sunt compedes. Aries & paries masculina sunt: & . e . seruant in obliquis casibus .

In . es . productam si sint quintæ declinationis/ fęminina sunt. Excipitur unum : dies scilicet : quod tam masculini/ q̃ fęminini generis/ numero singulari inuenitur : in plurali uero masculinũ semper . Non enim incertum tempus uidetur significare: quod plerũq; in fęminino genere & numero singulari inuenitur. Ideo autem diximus plerũq;: quod iuenitur in usu/ & pro certo tempore fęmininũ: & pro incerto masculinum: & econtrario. Virgil. in secũdo ęneidorũ . Venit summa dies & ineluctabile tempus dardanide . Statius in primo thebaidos . Longũq; in sæcula digne ꝓmeriture diem. Ex eo quoq; cõpositũ/ semꝑ masculinũ est

ut hic meridies: certum enim significat tẽpus diei. Alia uero in es. productam desinẽtia: quę sunt ꝓpria / masculina iueniuntur ut hercules: ulixes: & his similia. Excepto uno fęminino: ceres cereris. Appellatiua uero si sint ad homines ptinẽtia: quę apud grę cos cõmunia uel mobilia: apud nos cõmunia sunt: ut heres locuples: quod & neutrũ est. Alia uero omnia fęminina sunt: ut cedes: strages: & his similia. Excipitur hic uerres appellatiuũ: cum porcum significat.

I n. is. finita nomĩa: si sint adiectiua / siue deriuatiua / appellatiua cõmunia sunt: & si ad homines ꝓprie solos ptinent: nõ faciunt ex se neutra: ut hic & hęc ciuis: hic & hęc hostis: ędilis tamen quia dignitatis ẽ / ad uiros ptinentis: masculini generis ẽ: si tam ad homines / q̃ ad alias res dici possunt in. e. faciunt neutrum ut hic & hæc suauis: & hoc suaue. Alia uero in. is. desinẽtia. n. uel duas cõsonantes in eadẽ syllaba: uel duplicẽ consonantem ante. is. habẽtia: & quæ penultimã syllabã in unam ex liquidis terminãt: masculina sunt: ut panis / amnis / ignis / piscis / axis / collis / follis: & his similia multa. Excipitur bipẽnis: quod ideo fęmininũ est: quia quasi adiectiuũ est securis: uel ꝙ a penna / quod ipsum quoq; fęmininũ est / componitur: sed magis adiectiuum hoc esse Virgilius ostẽdit in. xii. dicens. Ferro sonat alta bipenni fraxinus. Excipitur etiam canis cõmune: quod & natura sic esse ostẽdit. Finis quoq; & clunis / tam fęminini / q̃ masculini generis usurpauit auctoritas: in una eadẽq; significatione. Iuuenalis in quarto. Ad terram tremulo descendũt clunę puellæ. Horatius in primo sermonum. Quod pulchrę clunes breue quod caput ardua ceruix. Sed horum generũ confusione: ut hæc amnis finis: anguis: uetustissimos non sequamur. Composita uero siue ex masculinis: siue ex fęmininis / si adiectiua fuerint / cõmunia sunt: ut hic sanguis: & hic & hæc exanguis: & hoc exangue: hæc cuspis: hic & hęc tricuspis. Inuenitur tamen hoc neutro etiã adiunctum: sed per obliquos casus. Ouidius in primo methamorphoseos. Positoq; tricuspide telo mulcet aquas. Pestis

etiam: & neptis: & uestis: cum consonantes ante . is . habeant: nihilominus fęminini sunt generis . Vallis etiam: & turris: peluis: pellis: quãuis penultimæ syllabæ liquidis terminentur: tamen fęminina sunt. Illa quoq; masculina sunt: quæ una syllaba crescunt in genitiuo: ut hic lapis / lapidis: & cætera eiusmodi. Excipiuntur hæc cuspis / cuspidis: & cassis / cassidis: quorum extremæ syllabæ amborum ab. s . cęperunt: quod in eiusmodi formæ in masculinis non inuenies. Lis quoq; litis. Alia uero omnia in . is . desinentia fęminina sunt: ut hæc auis: classis: puppis: & his similia. Græca uero eandem habentia terminationem genera quoq; quæ apud græcos habent: seruant etiam apud latinos: sicut & alia pene omnia: quod iam superius diximus: ut paris: tibris: tigris: thetis. Molaris quoq; a mola deriuatũ potest esse commune: cum adiectiuum est. Sed quia plerũq; ad dentem / uel lapidem refertur: usus frequens masculinum hoc profert. Statius in secundo thebaidos. Vastęq; sudes fractique molares.

In . os . terminãtia omnia masculina sunt: ut mos: & cętera: pręter tria fęminina: ut cos / cotis: dos / dotis: glos / gloris. Et pręter cõmunia quinq;: scilicet custos / sacerdos / bos / compos / impos: Et pręter duo neutra: uidelicet os / oris: os / ossis.

In . us . correptam secundæ / uel quartæ declinationis: si sint arborum nomina: fęminina sunt. Græca quoq; propria uel appellatiua. os . in . us . conuertentia: si apud gręcos fęminina sunt eiusdem sunt generis apud latinos: ut cupręssus: mirtus: laurus: platanus: & his similia. Appellatiua / ut cristallus: costus: arctus: & cætera. Alia græca communia: quæ apud nos quoq; cõmunia sunt: ut hic & hęc phylosophus: & cætera. Alia uero omnia eiusdem / supradictarũ declinationũ / masculina sunt: ut hic clarus: magnus: animus: uentus: sexus: quãuis Plautus hoc sexus / sexi ꝓtulit in rudẽte. Virile sexus unq̃ nullũ habui. Acus etiã unde aculeus diminutiuus. Teste ꝓbo frequẽtius in fęminino genere: q̃ in masculino reperit̃. Iuuenalis in primo.

Ille supercilium madida fuligine tinctum Obliqua ꝓducit acu. Inuenitur etiam hoc acus/aceris/purgamētum frumenti. Varro rerum rusticarū tertio. Acus in aera excutitur. Idem in primo. Argillam mixtam acere. Excipiūtur secundæ declinationis hæc humus/& aluus: q̄uis Accius aluū genere masculino protulerit in primo annalium. Maia nemus retinens grauido concepit in aluo. Et domus/& colus quę tam secūdę/q̄ quartę declinatiōis īueniuntur: & etiam anus quartę declinatōis: & nurus & socrus quæ sua natura fęminina esse ostēdit. Et pręterea manus/tribus porticus: & neutrum pelagus. Quia & apud gręcos eiusdem generis ē. Et uulgus quod tam masculini/q̄ neutri generis īueniť. Et uirus quod etiam neutri est: sicut pus quod ē indeclinabile. Penus īuenitur & masculinū/& fęmininū/& neutrum. Nomina uero tertię declinationis/in. us. correptam desinentia/ neutra sunt: ut munus/opus. Excipitur hic lepus: hęc uenus. hic & hęc ligus: hic & hęc & hoc uetus: & pecus quando fęmininum est facit in genitiuo pecudis: quando uero neutrū/pecoris.

In. us. ꝓductā si sint monosyllaba/neutra sūt: ut rus. Excipiunť hic mus muris: hic & hęc sus: & grus. Supra syllabam autē fęminina sunt: seruitus: iuuentus.

In. ax. desinētia si sūt adiectiua/cōis generis sūt: ut hic & hęc & hoc capax: & cętera eiusmodi. Alia uero si iterposita sit alia cōsonās/fęminia sūt: ut furnax/fax/pax/& his similia. Propria āt grę ca & barbara/masculina sunt: ut aiax/fornax/atax.

In. ex. monosyllaba duo īueniuntur: ut rex/& grex: alia uero oīa monosyllaba in. x. quacūq; uocali sint consonante antecedēte: fęminina sunt: ut lex/fex/crux/pix/nux: & cętera eiusmōi. Excipitur tamē dux: quod ē cōmunis generis.

In. ex. supra syllabam. I. antecedēte i penultima syllaba: fęminina sūt: ut hęc ilex/silex: auctores tamē hic silex īueniunť ꝓferētes. Iuuenalis i. ii. Nec melior pedibus silicē q̄ cōterit atrū. Virg. i. viii. tamē fęminino genere ꝓtulit: ut Stabat acuta silex pręcisis undiq; ripis. Pellex quoq; ad mulieres pertinens fęmininū est:

c 17

necnõ etiam carex/& uibex. Virgil.ĩ georgicorũ.iii. Et carice pastus acuta. Alia nisi sint adiectiua/masculina sunt: ut hic uertex culex: & cętera. Nisi ꝙ cortex quãdoq; inueniť fęminino genere pronũciatũ. Virgil.in bucolicis. Tum phetontiades musto circũdat amaræ Corticis atq; solo ꝓceras erigit alnos. Veruex cuius finalis syllaba naturaliter ꝓduciť/ masculinũ ẽ. Iuuenalis in primo. Sutor & elissi ueruecis labra comedit. Adiectiua uero oĩa i. ex. desinẽtia: siue. e. siue quacũq; uocali antecedẽte/cõmunia sunt trium generũ: ut hic/& hęc/& hoc simplex/ artifex.

In. ix. si penultima breuis ẽ/masculina sunt: ut calix/ uarix. Excipiť hæc salix/& filix. Si uero lõga est/fęminina sunt: ut cornix: classendrix: quod significat concam qua signũ tegiť. Plautus ĩ uidularia. Opposita ẽ classendrix? at ego dicã signi quid sit. Et oĩa uerbalia in. ix. fęminina sunt: ut nutrix/natrix. Sed natrix cũ speciẽ serpentis significat/masculinũ ẽ: ut Lucanus in.viii. Et natrix uiolator aquę. Potest & hoc figurate ad serpentẽ fieri redditũ: quod etiã fęminino genere ꝓfertur: ut Hic maxima serpẽs python: sicut pręneste sub ipsa. Obstetrix quoq; ꝓ obstitrix. Excipiť hic fornix: q̃uis penultimã positione longã habeat: tamen masculinũ est. Adiectiua seruãt supradictã generũ regulã: ut hic & hęc/& hoc felix. Sciẽdũ tamẽ ꝙ ĩ uerbalibus i. trix. ĩuenimus obliquos casus cõiungi solere etiã neutris: ut Victricia arma secutus: cũ hoc uictrix nõ repperiatur.

In. ox. nõia adiectiua sunt: ut uelox/ferox. Excepto uno celox: & monosyllabis: hęc uox/nox: de quibus supra dictũ est.

In. ux. supra syllabã sũt ꝓpria: ut pollux/uolux: & unũ cõe cõiux.

In. yx. gręca sũt: & seruãt eadẽ apđ nos genera: ut fryx/eryx/styx.

In. T. neutra sũt: ut caput/sinciput/occiput: nepet oppidi nomẽ.

In duas desinentia consonantes si sint adiectiua/ omnis generis sunt: ut hic/ & hæc/ & hoc expers: prudens: inops: insons. In his etiam sunt ponenda illa omnia quæ apud græcos / uel communia sunt: uel faciunt ex se foeminina: ut princeps: quæ q̃uis possint figurate neutris quoq; adiungi: in plurali tamen

numero deficit eorũ neutra termiatio. Alia uero si sint monosyl laba fęminina sunt: ut ars/fons/gens/& cętera. Scrobs tamẽ etiã masculinũ repperiť. Plautus ĩ amphitrione. Ibi scrobes effodito duplos sexagenos ĩ dies. Stirps etiã si ad arbores referť/masculi nũ est. Excipiuntur hæc: scilicet/mons/fons/pons/dens/mars. Quæ uero supra syllabã sunt/si sint ꝓpria: uel in. ps. desinẽtia masculina sunt: ut arunx: & mãceps: & multa his similia: quorũ tamẽ ueteres nõnulla fęminino genere ꝓtulerunt. Varro ĩ secun do rerum rusticarũ. Adipes illa: ꝑ adeps. Marsus adipis pondo xx. uetuste. Neuius in lignaria. Signare oportet frontem calida forcipe. Cętera uero fęminina sunt: ut hiems/& cohors.

In. aus. fęminina sunt: ut fraus/& laus.

In. æs. diphthongum unũ masculinum: præs/prædis. Et unũ neutrum: ut æs æris.

De numero.

Quid est numerus? Numerus ẽ dictionis forma: quæ discretionẽ quantitatis facere potest.

Quot sunt numeri? Duo: singularis: & pluralis. Nã dualis apud latinos nõ inueniť. Singularis: ut homo. Pluralis: ut homines. Sed cũ quędã nomĩa semꝑ singularia sint: quędã pluralia/& nõ singularia. De his quæ semꝑ singularia primo cõsideremus.

Sunt igitur quędã nomina semper singularia: uel natura: uel usu. Natura/ut ꝓpria quæ indiuidua sunt: ut iuppiter/uenus/ceres/sol/luna/italia/sicilia/& cętera. Vsu quæ singulariter ꝓferri tradi dit usus: ut sanguis/puluis: hęc tamẽ quãdoq; pluraliter profe rũtur/euentu/uel partitione regionũ: uel diuersis opinionibus: uel auctoritate ueterũ: uel quia ĩterdũ ꝑ appellatiuis ponũtur. Euẽtu: ut cũ euenit eodẽ ꝓprio nõie duos uel plures nũcupari: ut ęneas anchise filius: & siluius ęneas: pyrrhus filius achillis: & pyrrhus rex epirotarũ: & duo aiaces: alter thelamõias: & aiax oilei filius: & multa his similia. ꝑtitiõe regionũ: ut cũ diuidimus ꝓuĩcias & dicimus/gallia citerior/& gallia ulterior. Diuersis opi niõibus/quãdo accidit ut seq̃mur/aut loq̃mur de his q multos

soles/& multas lunas esse putauerũt. Terra quoq;/uirtus/& pietas/& similia/quando deas significãt/ꝓpria sunt: quando uero partes/uel in hominibus sitas res/appellatiua sunt. Itaq; si sint propria/nõ habent pluralẽ numerũ: si appellatiua/ habẽt auctoritate ueterũ: ut cum Virgil. uel aliquis alius/ mella/frumẽta/ordea/& similia/plurali numero profert: ut frequẽtius in singulari repperiunť. Alia quoq; plurima: ut sanguis/puluis/pax: quę tã singulariter/q̃ pluraliter ꝓlata/idem possunt significare: sed pluraliter nõ utimur eis: quia auctoritas deficit.

De singularibus.

De his quæ semper singularia sunt/ iueniunť pleraq; seminum/uel humidorũ ad mensurã/uel ad pensum pertinentiũ: ut aurum/argentũ/æs/plumbũ/stannũ/ uitrum/oricalcum/ electrũ/ triticum/eruum: oriza/faba/lens/pisum/acetum/ liquamẽ/mulsum/oleũ: hæc tamẽ quidam propria confisi auctoritate/ plurali quoq; numero protulerunt.

De pluralibus.

Pluralia uero quędam ĩueniuntur/ uel natura/uel usu. Natura ut gemini/propriũ nomen in signo cęlesti/& pisces. Vsu ut manes arma/ męnia/ floralia/saturnalia: nundinę/calendę/ nonę/idus: compitalia/neptunnalia: & omnia pene festorũ dierum nomĩa. Item insidię/nuptię/diuitię/ excubię/ inficię/quisquilię/ minę/illecebrę/scopę/ padeę/ stholę/ tenebrę/ latebrę: & his similia: quæ raro singulariter declinãtur. Sunt quędam singularia uoce/ĩtellectu pluralia: ut populus/exercitus: legio/natio. Alia contra ĩtellectu sĩgularia/uoce pluralia: ut athenę/cumę/baię/uercellæ/thebæ/micenæ/amiclæ: męnala/gargara/tartara/didima/bactra. Pleraq; tamẽ ex his sĩgulariter apud poetas ꝓlata ĩueniunť. Virgil. in .v. Argolico ue mari deprehẽsus & urbe micena. Statius i. viii. thebaidos. Viue supstes ait direq; ad męnia thebes Solus abi. Męnalus quoq; & tartarus/& gargarus sĩgulariter ꝓlatũ ĩueniť. Virgi. i buc. Męnalus argentũq; nemus: pinosq; loquẽtes: semp hẽt. Idẽ in. vi. Tum tartarus ipse bis patet i preces tantũ tẽdirq;

sub umbras: quantus ad ethereū celi suspectus olimpum.

De figura dictionis.

Quid est figura? Figura dictionis est in qualitate comprehensio quedam: qua simplex aliquod nomen/aut compositum esse cognoscit. Simplex est quod a nullo compositum est: ut magnus. Compositum/quod ex aliquo compositum: ut magnanimus. Decompositū quod a composito deriuatur: quod greci parasintheton uocant: ut magnanimitas.

Quot modis componūtur nomia? Quattuor modis: ex duobus integris: ut respublica. Ex duobus corruptis: ut beniuolus: primirapus. Ex integro & corrupto: ut inimicus: extorris. Ex corrupto & integro: ut efferus: impius. Si ergo ex duobus itegris hoc est ex duobus nomiatiuis/nomen compositū est: ex utraq; parte declinat. Vnū tamen apud latinos iuenitur nomē: quod quis sit ex duobus nomiatiuis compositū: non ex utraq; parte declinatur: idest alteruter/ alterutrius. Nam licet nōnulli ex antiquis/ ex utraq; parte declinauerint. Cicero tamen ꝓ marcello sic ait. Quod si in alterutro peccandū sit: malim uideri timidus q̄ parum prudens. Si uero ex utroq; casu obliquo sunt cōposita nomina: manent indeclinabilia: ut huiusmodi: istiusmodi: illiusmodi: & cetera. Sin ex nominatiuo & obliquo: uel ex obliquo & nomiatiuo: nōiatiuus semp declinat: ut prefectusurbis: tribunusplebis: & senatusconsultū: senatusdecretū: plebiscitū.

De casu nominis.

Quid est casus i nomine? Casus est declinatio nominis/uel aliarū casualium dictionum: quæ fit maxime in fine. Qua diffinitione nō satis proprie uidet nomiatiuus appellari posse casus/ siue rectus: ut quibusdam placet: nisi dicamus ꝙ propterea appellat casus: quia a generali nomie i specialia cadat: ut stilū manu cadētē/ rectū cecidisse possumus dicere: uel abusiue dicit casus/ꝙ ex ipso nascūt oēs alii: uel ꝙ cadēs a sua termiatōe i alias/facit obliquos casus. Sed cū nominū alia declinabilia: alia ideclinabilia: & indeclinabilium alia aptota: alia monoptota/ & declinabilia

quę sint appareat: de aptotis/ & monoptotis est uidendum.

A ptota ergo sunt ꝑprie dicenda: quæ nominatiuũ solum habent qui plerũq; & uocatiuus iuenitur: & nõ accipitur tamen ꝓ obliquis: ut iuppiter/ diespiter. Non enim licet eodem pro genitiuo uel alio casu obliquo uti. Ideo dixi ꝑprie dicẽda: quia ueniuntur antiqui/ aptota ꝓ monoptotis/ & monoptota ꝓ aptotis po suisse. Neutrũ uero si sit aptotum: necessario etiam ꝓ accusatiuo & uocatiuo accipit̃ eius nomiatiuus: quod generale est omniũ neutrorũ: ut fas/ nefas. ir. pus. Monoptota sunt quę pro omni casu una eadẽq; terminatione fungũtur: qualia sunt nomia litterarũ/ & numerorũ: a quattuor usq; ad centum.

S ed cũ formę casualium sex sint: quales sint cõsideremus. Sũt igĩ monoptota: diptota: triptota: tetraptota: pẽtaptota: exaptota.

Monoptota sunt quę ut supra diximus/ una termiatione ꝓ omni casu fungũtur: ut nequã: gũmi: & his similia.

D iptota sunt quę duos diuersos casus habent tantum: ut uerua/ & uerubus. Nam ueruum in usu non iuenitur: & fors/ & forte: tabi/ & tabo.

T riptota sunt qualia sunt oĩa neutra secũdę declinatõis/ in singulari numero: ut templũ/ templi/ templo: & ĩ plurali tam ĩ secũda q̃ in tertia/ & quarta: idest oĩa neutra: ut tẽpla/ templorũ/ tẽplis: sidera/ siderũ/ sideribus: cornua/ cornuũ/ cornibus.

T etraptota sunt omnia quæ in. er. desinentia secundę declinationis: ut puer/ pueri/ puero/ puerum.

P entaptota sunt qualia sunt omnia masculina/ secũdæ declinationis in. us. terminãtia: ut doctus/ docti/ docto/ doctũ/ docte.

E xaptota sunt quæ sex diuersos habent casus: qualia sunt masculina in. us. desinentia: quæ secũdum declinationẽ quorũdam ꝓnominũ in. ius. efferunt genitiuũ: ut unus/ unius/ uni/ unũ/ une/ ab uno. Nam quidã de uocatiuo une dubitãt. Caper doctissimus ãtiquitatis ꝑscrutator ostẽdit hoc usũ Catullũ & Plautũ. Catullus. Tu pręter oẽs une de capillatis celtiberosę celtiberię fili. Plautus ĩ friuolaria. O amice ex multis mihi une cephalio.

Sunt alia quorũ nomĩatiuus quidẽ in usu nõ est: obliqui autem sunt: ut iouis/ioui/iouem/a ioue: q̃uis uetustissimi nominatiuũ quoq; hic iouis ꝓferebãt. Sunt alia in quibus tres obliqui inueniunt̃: ut precis/preci/prece: frugi/frugem/fruge: uetustissimi tamen & frux & fruges protulerũt nominatiuũ. Sunt & alia ĩ quibus duo tantũ obliqui repperiuntur: ut uicem/uice: tabi/tabo. Alia in quibus unus: ut sponte laterem: q̃uis & ablatiuus eius singularis: & nõiatiuus & accusatiuus plurales inueniant̃. Plautus ĩ truculẽto. Quid maceria illa ait ĩ orto quæ ẽ? quæ ĩ noctes singulas latere fit minor: q̃uis hoc ad uos ꝓmissus dãni uiã est: nihil mirum uetus est maceria: ueteres si lateres ruunt: ain tu ueteres lateres ruere.

De declinationibus.

Quot sunt declinationes nominũ? Quinq;: prima: secunda: tertia: quarta: & quinta.

Quot terminationes habet prima declinatio? Tres: uidelicet. a. ut musa. as. ut ęneas. es. ut anchises: quarum. as. & es. gręcorũ tantum sunt/ & masculinorũ. A. uero tam latinorũ/ q̃ gręcorũ: & tam masculinorum/ q̃ cõmunium.

Genitiuus uero eius & datiuus in. ae. diphthongon desinunt: & pares habẽt syllabas nomĩatiuo: ut hic poeta/huius poetę: nisi fiat dieresis poetica: idest diuisio ĩ genitiuo: qua frequẽter ueteres romanorũ poetę utunt̃: ut pictai/& aulai: pro pictæ & aulæ dicentes. Virgil. in tertio. Aulai ĩ medio libabant pocula bachi. Idẽ in nono. Diues equũ diues pictai uestis & auri. Cicero ĩ arato. Atq; oculos urget pedibus pectusq; nepai: ꝓ nepę. i. scorpii.

Accusatiuus autẽ in. am. exit: ut musam: frequẽtius tamen inuenimus ĩ gręcis nominibus accusatiuũ græcum ꝓferre auctores: ut ęnean: anchisen. Virgil. in quito. Aenean credam? quid enim fallacibus austris. Idem in tertio. Anchisen facio certũ remq; ordine pando: licet declinatõis latinę ratio exigeret/ ut anchisam diceremus: sicut Horatius ꝓtulit in secũdo sermonũ: ut Et scribere fortem sapiadam: sapiadam dixit: & non sapiaden: cuius

nominatiuus in . es . desinit secũdum formam patronomicorũ quę est gręca: ut hic scipiades: q̃uis antiqui huiuscemodi quoq; nominũ in. as . & in . es .terminãtiũ primę declinatõis: ẽt in. a. ut geta/ sosya/ biria/ cherea/ marsia : similiter poeta/ sophista/ scythia. Accusatiuũ quoq; gręcũ in fęmininis in . an . inuenimus a poetis proferri: sed raro. Statius in quarto. Nãq; ferunt raptam patriis eginan ab undis .

V ocatiuus uero in . a .correptã effertur: ut poeta/ musa: nisi sit gręcũ: & apud grecos producẽs . a . seruet eandẽ apud nos productã: ut ęnea. Virgil. in decimo. Vigilas ne deũ gens ęnea uigila. Quãdoq; uero exit in . e . longã: & hoc accidit in gręcis nominibus: nominatiuũ in . es . ꝓductã terminãtibus: ut achate: anchise: polite. Virgi. i primo ęneidos. Quis iã locus iquit achate. Idem in tertio. Coniugio anchise ueneris dignate suꝑbo. Idem i quinto. Tua clara polite: ꝓgenies. Nec hoc dũtaxat in his quę sunt primæ declinatiõis: sed etiã tertiæ in . es . finitis: & græcis nominibus euenit: ut chreme. Teren. in andria. Immo ita uolo itaq; postulo ut fiat chreme. Idem i eadẽ. O chreme pietatẽ nati nõ te miseret mei. Quãquã latina ꝓportio exigat: ut uocatiuus primę declinatiõis in . a . correptã exeat: sicut supra dictum est: etiã in gręcis nominibus: unde Horatius i secundo sermonum. Nequis humasse uelit aiacem atrida uetas cur. Fęminina quoq; græca interdũ in . a . interdũ in . e . ꝓductam uocatiuũ mittunt ꝓut eorũ nominatiuus fuerit: ut taygete: nemea. Virgil. in. viii . Vos caliope precor aspirate canenti .

A blatiuus quoq; in . a . ꝓductam desinit: ut ab hoc poeta: ab hac musa. Quãdoq; tamen poetæ hunc in . e . ꝓductam mittunt: in gręcis scilicet nominibus: quæ datiuũ gręcũ in . I . finiũt: ut Virgilius i prino ęneidos. Atq; uno graditur comitatus achate. Iuuenalis in primo . Penelope medius leuius torquetis aragne . Quod cũ ita sit: mirandũ est quãdo idem Iuuenalis/ ablatiuum calpe corripuerit: cum sit simile hoc nomen penelope & aragne: quorũ ablatiuus nunq̃ in . e .correptam exit. Lucanus i primo.

Thetis maioribus undis hesperiã calpe : summũq; ĩpleuit atlanta. Iuuenalis in quinto . Nec carpatiũ getulaq; tantum : ęquora transiret : sed longe calpe relicta : Audiat herculeo stridentem gurgite solem .

Nominatiuus pluralis eiusdẽ declinatõis/similis ẽ gtĩuo & dtĩuo singulari: siquidẽ p. ae diphthongũ ꝓferr̃: ut hi poetæ: & /o/ poetæ. Nisi ꝙ in his nõ potest fieri diuisio/sicut in illis.

Genitiuus uero fit a singulari ablatiuo addita. rum. ut poeta poetarũ . Nam sicut in ablatiuo. a . ꝓducitur : sic etiam in genitiuo: & omnis gtĩuus pluralis ĩ hac declinatione/reliquos casus una syllaba superare debet: nisi ꝓferatur per concisionẽ: quod fit magis in cõpositis & patronomicis : ut graiugenũ ꝑ graiugenarũ : & dardanidũ ꝑ dardanidarũ. Virg. in. iii. ęneidos . Graiugenũq; domos suspectaq; liquimus arua. Idẽ in. ii. O patria/o/ diuũ domus ilium & inclita bello: męnia dardanidum .

Datiuus & ablatiuus exeũt in. is. & fiunt a singulari ablatiuo: mutata. a . in. is. ꝓductã : ut poeta/his & ab his poetis: & his & ab his musis. Inueniunr̃ tamẽ quędã nomia fęminini generis: quæ ex masculinis nõibus secũdę declinatiõis trãsfigurãr̃: nõ hẽntibus neutra: quę & aĩaliũ sint demõstratiua: naturaliter diuisũ genus hẽntia: quę differẽtię causa/a masculini abltĩuo. bus. assumẽtia/faciũt datiuũ & ablatiuũ pluralẽ: ut his natabus/libertabus/filiabus/deabus. Cice. ꝓ cornelio. Cęterisq; diis deabusq; omnibus . quę quidẽ & ĩ. is. quoq; repperiũr̃ in eodẽ genere. Ouidius in. xiii. methamor. Euboea deabus & totidem natis . Plautus . Ego introibo & gratulabor uestrum aduẽtum filiis . Quod etiã in quibusdã ꝓnominibus differentię gratia/in fęminino genere apud uetustissimos repperitur: ut Ennius in quarto annalium. Scriba pontificis qui cũ eabus stuprum fecerat . Sicq; multa alia contra regulam in his & in aliis casibus/ uetustissimi protulisse inueniuntur: in quibus non sunt imitandi . Ambæ & duæ licet non sint animata: tamen euphonię causa/similem habẽt datiuũ & ablatiuum : ut ambabus/duabus .

Accusatiuus pluralis exit in . as . productam: & fit a singulari ab latiuo/addita . s . ut hos poetas: has musas: & ita de reliquis.

Secunda declinatio .

Quot terminationes habet secunda declinatio ? Sex / er / ir / ur / us / eus / & um .

In . er . masculinorũ/ tam latinorum/ q̃ græcorũ : ut caper / capri : alexander/ alexandri : hiber etiã hiberi : quod ꝑ apocopem ꝓla tum/ solum in hac declinatione ꝓducit . er . & ab eo compositũ ut celtiber/ celtiberi . Et dicimus hiber/ hiberi: & hiber/ hiberis : quãdo armeniorũ finittimos significat: & hiberus/ hiberi ꝓ flu mie: ũde Luc.i.iiii. Qui pręstat terris aufert tibi nomẽ hiberus.

In. ir .& i. ur .latinorũ tantũ masculinorũ:ut uir uiri:satur saturi.

In . us . & latinorum & græcorum/ masculinorum & fęmininorũ & neutrorum : ut hic clarus/ clari : hęc platanus .ni. hoc pelagus pelagi. hoc uulgus/ uulgi . Dicitur tamen & hic uulgus/ uulgi .

In. eus. gręcorũ tãtũ masculinorũ: ut thideus. thidei. orpheus. ei.

In . um . neutrorum/ tam græcorum / q̃ latinorum : & figurate fę mininorum/ apud comicos: ut hoc regnum/ regni: hoc pręlium pręlii : hæc glicerium/ glicerii : hæc philortium/ philortii .

In. ous .uero &. us. ꝑ sineresim sunt tantũ græcorũ: ut panthous ꝓ panthus: quomodo alcinous ꝓ alcinus ꝓlatũ ẽ: unde Hora.ĩ primo epistolarũ. Spõsi penelope nebulones alcinoiq;. Vir. in. ii. geor. Panaq; alcinoiq; siluę. Idem Horatius. Alcinoiq; plures.

Genitiuus desinit in . I . lõgam/ tam latinorum/ q̃ gręcorum . Sed ĩ quibusdã pares habet syllabas nomĩatiuo: ut niger/ nigri: tem plum/ tẽpli: sacer/ sacri. In quibusdã superat una syllaba : ut miser miseri : asper/ asperi : puer/ pueri : & ita de reliquis.

In. ir. & in. ur . & in eus. desinẽtia/ semꝑ una syllaba superãt ĩ geni tiuo: quę & penultimã breuẽ hñt: ut treuir/ treuiri: satur/ saturi: thideus/ thidei : oileus/ oilei . Nisi fiat poetica productio ĩ græ cis nominibus : ut theseus/ thesi .

In . us . uero & in . um . desinentia/ pares habent syllabas: ut do minus/ domini: regnũ/ regni. Itẽ ea nomĩa quę hñt . I . ante. us.

uel.um.in nomĩatiuo: ut uirgilius : liuius : pręliũ:ociũ: mittunt gẽitiuũ ꝑ duplex : I . quarũ altera frequẽter tamẽ ab auctoribus figurate remouet̃: ut tulli ꝓ tullii:oci ꝓ ocii. Iuuenalis . Antoni gladios potuit cõtemnere . Virgil . Ille urbem pataui sedesq; locauit. Idem in bucolicis . Nec spes libertatis erat nec cura peculi: pro peculii. Idem ĩ georgicis . Parthenope studiis florentẽ ignobilis oci:pro ocii : & ita de reliquis .

D atiuus & ablrũs singulares exeũt i. o .& fiũt a gtiuo. I .in. o .ꝑ ductã cõuersa : ut huius domini: huic & ab hoc domino:huius uirgilii: huic & ab hoc uirgilio: huius prælii : huic & ab hoc pręlio:huius thesei:huic & ab hoc theseo:huius thiphei:huic & ab hoc thipheo. Vir.in.ix. Inarime iouis ĩperiis ĩposta typheo. Idẽ in eodẽ. Nec clycio genitore minor nec fratre mnesteo. Nõnunq̃ tamẽ nomina græca in.eus.desinentia/mittũt datiuũ in . I . Vir. in bucolicis . Orphi caliope lino formosus appollo .

A ccusatiuus desinit i.um.& fit a gtiuo mutata. I ..in.um . ut clari clarũ:uiri/uirũ:uirgilii/uirgiliũ. Frequẽter tamẽ nõia gręca i.eus. desinẽtia: in..a .i actiuo ab auctoribus ĩueniunt̃ ꝓferri: ut thesea pelea/ thidea . Statius in primo thebaidos . Necnon & uiribus infra thidea fert animus .. Virgil. in primo. Ilionea petit dextra leuaq; sergestum. Idem ĩ octauo. Et amicum cretea musis cretea musarum comitem . Ouidius. Talibus intensum compellat cinthia dictis . Hæc tamẽ nõia ĩ usu ĩueniunt̃ i.eum.ĩ actiuo. Cicero de natura deorũ libro.iii. Theseũ hyppolitũ. Liuius ab urbe cõdita lib.xl. Perseũ ad sese adiungũt. Idẽ ĩ eodẽ. Totus ĩ ꝑseũ uersus. Plautus ĩ uidularia. Bacche fecere nostrã nauẽ pentheum .

V ocatiuus habet uarias terminationes . Nam cum nominatiuus exit in . r . uel in . m . uocatiuus est similis ei : ut lucifer/ o /lucifer : sacer/ o /sacer : uir/o/ uir: satur/o/satur : templum/o/templũ glicerium/o/gliceriũ . Gręca uero in.er.desinentia interdũ etiam exeũt in nõiatiuo i. us . ut euãder & euãdrus . Virg.in.ix. Tunc rex euãdrus romanę cõditor arcis . Idẽ in. x. Pallas euãder ĩ ipsis oia sũt oculis : ũde cũ finiũt nõiatiuũ i.er.utiuus ẽ similis ntiuo

ut euander: o euander. Cum uero in . us . uocatiuus exit in . e . ut / o / euandre. Ouidius. Sepe tua poteras leandre carere puella. Virg. Nō tibi timbre caput euandrius abstulit ensis. Quod etiā repperiť apud priscos in latinis nōibus. Plautus in mercatore. Ego memor tu puere abi hinc intro ocius. Idem in curgulione. Cede puere sinum quid facturus sim iam scies. Quod a nominatiuo puerus quibusdam esse uidetur.

In . us . uero terminātia: mutata. us . in . e . faciunt uocatiuū: ut dominus / o domine: priamus / o priame.

In . ius autē desinētia si sint ꝓpria: abiecta. us . mittūt uocatiuū: ut uirgilius / o uirgili: salustius / o salusti: mercurius / o mercuri: pompeius / pompei. Hęc tamen eadē etiā in . e . ꝓferebant antiquissimi: ut o uirgilie: o mercurie. Liuius andronicus i odyssea. Neq; eni te oblitus sum laertie noster. Idē in sireno. Cura ne laertie uelle para ire ithacū. Laertius eni ꝓ laertes dicebant: quomodo & gręci λάερτιοσ pro λαερτισ σοφοκλησ ἐν ἀίαντι μαστιγοφόρω αἐι μεν̀ ωϖάι λαερτίου λέλορκά σε. Tamē iuniores breuitate gaudētes: remota extrema littera: uirgili ꝓ uirgilie: & mercuri ꝓ mercurie ꝓtulerunt. Horatius in primo carminū. Mercuri facūde nepos atlantis. Idem in eodē. Nulli flebilior q̄ tibi uirgili. Appellatiua uero i. ius . desinētia finiunt uocatiuū i. e. ut pius / o pie: egregius / egregie. Excipitur unū quod tam in. e. q̄ in . I . mittit uocatiuū: ut o filie / & o filii. Liuius andronicus i odyssea. Pater noster saturni filie. Catullus autē. Tu pręter oēs de capillatis celtiberose celtiberie fili. Tamen aliquādo siue metri / seu ephonie gratia / nomīatiuo in . us . terminato / ꝓ uocatiuo utunť auctores: ut Virgil. in. viii. Corniger hesperidū fluuius regnator aquarū & populus. Lucanus in. iii. Degener / o populus uix sęcula longa deorū: & siqua sunt alia.

In . eus . uero terminātia: mittunt uocatiuū in . eu . remota . s . raro aut nunq̄ i. e. ut theseu / peleu. Horatius i primo sermonū. Pētheu rector thebarū. Statius i. viii. thebaidos. Vade / o primis puer iclyte bellis arcas: & argolice capaneu iam maximę turmę.

Virgil. Quo res sũma loco panthu: quã prędimus arcem.

N omiatiuus & uocatiuus plurales huius declinatõis exeũt in. I. tam masculini q̃ fęminini generis: & sũt similes genitiuo singulari: ut huius docti: hi docti: & /o/ docti: huius platani: hę & /o/ platani. Neutra uero mutant. I. genitiuũ singularis/ in. a. breuem in nomiatiuo/ accusatiuo/ & uocatiuo pluralibus: ut huius templi: hęc templa: accusatiuo hęc tẽpla: uocatiuo/ o/ tẽpla. Alii uero casus ĩ tribus generibus/ cõmunẽ possident regulam.

G enitiuus pluralis exit in rum. & fit a singulari ablatiuo ĩ omni genere/ addita rum: ut uiro/ horum uirorũ: platano/ platanorũ: templo/ templorũ. Inueniť tamen apud auctores/ & pręserti poetas/ eiusmodi casus ĩ nominibus masculinis carentibus neutris ꝑ concisionẽ mediæ syllabæ proferri. Virg. Insequitur clamorq; uirum stridorq; rudentum: ꝑ uirorũ. Idem ĩ tertio. Cura deũ bis pergameis erepte ruinis: ꝑ deorũ. Idem genus alto a sanguine diuũ: ꝑ diuorũ. Quod etiã apud oratores repperitur: sed raro. Cicero in tertio uerrinarũ. Iste unus iuentus est qui ex cõplexu parentũ abreptos filios ad necem duceret: & parentes preciũ ꝑ sepultura liberũ posceret: ꝑ liberorũ. Frequẽtius tamen Cicero & alii oratores utuntur hac syncopa/ ĩ nominibus numeros uel mẽsuras significãtibus: ut senum ꝑ senorum: septenũ pro septenorũ: sextertium ꝑ sextertiorũ: nummũ ꝑ nummorũ: iugerũ ꝑ iugerorũ: modiũ ꝑ modiorũ. Cicero ĩ quarto uerrinarũ. Quod si doceo iudices qui. xl. modium lucri faciũt: ꝑ modiorũ. Recusant aũt hoc in masculinis habẽtibus neutra/ uel ĩ neutris: ne genitiuus sit similis nõiatiuo singulari neutrorũ: q̃uis quoq; ĩ masculinis quę ex se faciũt neutra: licet nõ frequẽtius: tamẽ ĩueniť usus eiusmõi cõcisionis. Virg. in. viiii. Altaq; certat prędere tecta manu: sociũq; attingere dextras: ꝑ sociorũ. Idẽ in decio. At rutilũ abscessu iuuenis: ꝑ rutilorũ: q̃uis & socius. a. um. & rutilus. a. um. dicať. Quã q̇dẽ figurã & in ꝓnõibus quoq; ãtiquissimi usurpauere: ut meũ ꝑ meorũ: tuũ ꝑ tuorũ: nostrũ ꝑ nrõrum. Plautus ĩ trinũmo. Vt rẽ paternã & gloriã maiorũ fedarim: meũ ꝑ meorũ

Idē ĩ penulo. Et quidē meminiſti tuū parentū nõia: ꝑ tuorū. Idē in menechinis. Auertit prædam ab hoſtibus noſtrum ſalute ſociũ: pro noſtrorum.

Datiuus & ablt̄us plurales exeūt i. is. & fiūt a ſingulari ablatiuo o. in. is. lōgā cōuerſa: ut a uiro/his & ab his uiris: a platano/his & ab his platanis. a tēplo/his & ab his tēplis. Inueniunt̄ pauca nõia ĩequalē hñtia declinationē: ut uas ĩ ſingulari numero tertię declinatõis/ hoc uas/huius uaſis. In plurali uero ſecūdę: hęc uaſa/uaſorū/his & ab his uaſis. Feſtorū quoq; nõia dierū/tam ſecundā/ q̄ tertiā ſecunt̄ declinationē: in datiuo & ablatiuo pluralibus ſolū tertiā ſeruāt: ut hęc uulcanalia horū uulcanaliū & uulcanaliorū: his & ab his uulcanalibus. Similiter ſaturnalia/ floralia/cõpitalia/termialia/quirinalia/quinq̄tria/dyoniſia: & his ſimilia. Itē a domo domorū & domuū/his & ab his domibus: nõ āt domis. Iuuena. Viſcera magnarū domuū dominiq; futuri. Virg. in. ii. Dardanidę cõtra turres & tecta domorū culmina cõuellūt. Idē in primo geor. Domibus cedrūq; cupręſſos. Salu. ĩ catillino. Domos ſuas gloria decorabant. Terent. in eunucho. Domiq;152 fociq; fac uiciſſim ut memineris. Virgil. in ſexto. En hic labor ille domus & inextricabilis error. Vnde per omnes caſus/tam ſecūdæ/ q̄ quartæ inuenitur declinationis: pręterq̄ in datiuo & ablatiuo: qui ſemꝑ in. bus. exeunt. Item duo & ambo/genitiuos & accuſatiuos ſecundum hanc declinationem proferrimus: ut amborum duorum: ambos & duos: licet in neutro genere differentiæ gratia/ duū dici ſolet. Similiter accuſatiuus maſculinorū eſt: quando ſimilis nomiatiuo profertur: quomodo in neutris. Virgil. ĩ nono. Si duo pręterea tales idea tuliſſet terra uiros. Datiuos & ablatiuos habent in. bus. in omni genere: ut duobus duabus. obus. ambobus/ambabus. obus.

Accuſatiuus quoq; pluralis eiuſdem declinatiõis/in maſculino & fęminino genere/ fit a ſingulari ablatiuo/addita. s. ut a docto hos doctos: a platano has platanos. Neutra uero ſemꝑ habent accuſatiuū ſimilem & nominatiuo & uocatiuo.

Tertia declinatio .

Quot terminationes habet tertia declinatio ? Septuagintaocto : uel paulo plures : uidelicet .

I n. a .correptam.
I n.e.correptam .
I n.e.productã gręca sũt ꝓpria & feminia ut caliope/ euterpe/ cyrene / aragne : & gręce declinanť : ut caliope.es .
I n.o.correptam .
I n.o.productam .
I n.al.correptam .
I n.el.correptam .
I n.el.productam .
I n.il.correptam .
I n.ol .ꝓductam .
I n.ul.correptam.
I n.an.correptam .
I n.an.productam.
I n.en.correptam .
i n.en.productam'.
I n.in.productam .
I n.on.productam .
I n.ar.correptam .
I n.ar.productam.
I n.er.correptam .
I n.er.productam .
I n.ir.correptam.
I n . or . correptam .
I n . ur . correptam .
I n . ur . ꝓductam .

I n.as.correptam .
I n.as.productam.
I n.es.correptam.
I n.es.productã .
I n.is.correptam .
I n.is.productam .
I n.os.correptam .
I n.os.productam .
I n.us.correptam .
I n.us.productam .
I n. ys .
I n . aes .
I n.aus.
I n . ans .
I n . ens .
I n . ons .utraq; correpta & producta .
I n . uns .
I n.yns.
I n.ars .
I n.ers.
I n.ors.
I n.urs.
I n. uls.
I n.ems.
I n . abs .
I n . ebs . correptam .
I n . ebs .productam .
I n . ybs .
I n . urbs .

I n.aps.
I n.eps.
I n.yps .
I n.os .
I n.irps.
I n.ax.correptam .
I n. ax .productã .
I n.ex.correptam .
I n. ex .productã .
I n. ix.correptam .
I n.ix.productam.
I n.ox.correptam .
I n.ox .productã .
I n. ux.correptam.
I n. ux .ꝓductam.
I n . yx . græca .
I n . aex .
I n . aux .
I n . alx .
I n . anx .
I n . unx .
I n.arx.
I n . ac.
I n . ec.
I n . ut.

I n . a . correptam neutra & gręca sunt : ut hoc poema.tis.
I n . e . correptam neutra latina : ut hoc monile/monilis .
I n. o . correptam: quã frequẽter producunt poetę: masculina uel fęminia/ uel cõmunia/ uel notha : ut hic cicero/ciceronis: hic leo leõis: hęc uirgo uirginis: hic & hęc homo hõis. Antiquissimi ta men & gręca in . o . ꝑductã desinẽtia/ secundum hanc declinati onẽ ꝑferebant : ut sapho/saphonis: dido didonis.
I n. al . correptã masculina & neutra/latina & barbara: ut hic sal/sa lis: hic hannibal. lis.hoc tribunal. lis.
I n. el . correptã neutra latina: ut hoc mel. lis.fel/fellis.
I n . el . ꝑducta barbara: ut michael.lis.danihel.danihelis.
I n . il . correpta masculina & fęminina/& cõmunia/latina : ut hic pugil.lis.hęc tanaquil.lis.hic & hęc uigil.lis.
I n . ol . productam masculinum latinum : ut hic sol. lis.
I n . ul . correptã masculina uel cõmunia latina : ut hic consul/ cõ sulis: hic & hæc exul/exulis.
I n . an . productam masculina græca : ut hic pęan/ pęanis.
I n . en . correpta latina/ masculina uel neutra : ut hic flamen / fla minis : & hoc numen / numinis .
I n . en . ꝑductam græca/ uel latina / masculini uel fęminini gene ris : ut hic lien/ lienis : & hæc syren/ syrenis .
I n . in . ꝑductam græca / masculina uel fęminina : ut hic delphin delphinis : & hæc trachin/ huius trachinis .
I n . on . productã græca/masculina uel fęminina : ut hic memnõ nis . hæc sydon/ sydonis .
I n . ar .correptam/latina & græca/& barbara/masculini uel neutri generis: ut hic cæsar/cæsaris: hic bostar/bostaris:hoc nectar.ris. hoc calcar/calcaris ..
I n.ar. ꝑductã latĩa/& gręca/& barbara/masculini uel neutri uel cõ mũis generis:& sũt monosyllaba/uel ex monosyllis cõposita:ut hic nar.ris.hic & hęc & hoc par.ris.disp.ris.hoc far huius farris.
I n. er .correptã masculia & fęminia/& neutra & cõia: ut hic pater tris. hęc mater.tris. hoc tuber.ris. hic & hęc pauper.ris .

I n. er. ꝓductã gręca masculina: & unũ latinũ: uel potius nothum neutri generis: ut hic aer. ris. hoc uer/ ueris.

I n. ir. correptam unũ neutrum: ut hoc gadir/ gadiris: qui addũt abdir/ huius abdiris: sed non est in usu.

I n. or. correptã masculina/ & fęminina/ & neutra/ & cõia/ tã gręca q̃ latia: ut hic hector. ris. hic orator. ris. hęc uxor. ris. hoc ęquor ris. hic & hęc auctor. ris. hic & hæc memor. ris. Virg. in. iiii. Tum siquod nõ ęquo fędere amantes: curę numen habet: iustũq; memorq; precar̃. Inueniunr̃ tamen nomia/ & pene oia cõmunia/ masculini & fęminini generis: iuncta cũ neutris figurate i obliquis casibus: raro in nõiatiuo. Virg. i decimo. Italiã petiit fatis auctoribus esto. Idem i buco. Pauperis & tuguri cõgestum cespite culmen. Idem i. vi. Curribus paruis & paupere regno. Idẽ in nono. Nulla dies unq̃ memori uos exuet euo. Iunenalis i quarto. Tituliq; cupido hęsuri saxis cinerẽ custodibus. Licet nomiatiuus pluralis neutrorũ ex ãtedictis nõibus in usu frequẽti nõ sit: ut hęc auctora: hęc paupera: hæc custodia: hæc memora. Inueniunr̃ alia quędã quę obliquos casus cõmunes habẽt: q̃uis nõiatiuus sit dũtaxat neutri generis: ut hoc plus: genitiuus tamen & datiuus & ablatiuus cões sunt triũ generũ: sed ablatiuus tã in. e. q̃ in. I. terminar̃. In plurali uero tã in. es. q̃ in. a. repperiunr̃: ut hi & hę plures: & hęc pluria/ uel plura: unde cõplura suũ cõpositũ. Terẽ. i phor. Multa aduenięti noua ut fit cõpluria. Accusatiuus uero pluralis tã in. es. q̃ is finir̃. Virg. in. ii. geor. Seu pluris calor ille uias & cęca relaxat spiramẽta. Horat. i primo epistolarũ. Tractus uter pluris lepores uter educet apros.

I n. ur. correptã latia/ masculia/ & cõia/ & neutra: ut hic turtur. ris. hic & hæc augur. ris. Horati. in. ii. sermonũ. Nisi fallit augur annosa cornix. hoc tibur. ris.

I n. ur. ꝓductã unũ inuenir̃ cõe duũ generũ: ut hic & hę fur. ris.

I n. as. correptã græca/ masculini/ uel fęminini/ uel neutri/ uel cõis generis: ut hic arcas. dis. nomẽ ꝓpriũ: hæc pallas. dis. hoc cetas dis. ꝓpriũ nomẽ loci: hic & hæc arcas. dis. nomẽ gentile.

I n . as . ꝓductā grȩca & latina masculini/ uel fȩminini/ uel neutri uel cōis generis: ut hic atlas/ atlātis: hic mecenas. tis. hȩc ciuitas tis. hoc uas. sis. hic & hȩc capenas. tis.

I n . es . correptā latina/ masculina/ uel fȩminina/ uel cōmunia: duum uel trium generum: ut hic cocles/ coclitis: hȩc seges/ segetis: hic & hȩc miles/ militis. Ouidius i secūdo methamor. Miles erat phȩbes: loquitur de calistone: hic & hȩc & hoc teres/ teretis. Vir. in. vi. Sed hȩc tereti mos ē aptare flagello. hebes/ hebetis: sospes sospitis. Iuuenalis in tertio. Nec unq̃ depositū tibi sospes erit. hic & hȩc & hoc hospes/ huius hospitis. Lucanus i quinto. Hospes in externis audiuit curia tectis: hospes curia dixit. Inueniť etiam hȩc hospita. Virg. in. iii. ȩnei. Et pater anchises bellū/ o terra hospita portus. Item sospes & sospita reppetitur apud auctores. Ouidius in secundo fastorū. Sospita delubris dicitur aucta nouis. Neutra quoq; antedictorū nominū i plurali repperiunť. Statius in. iii. thebaidos. Accipias fessisq; libens iterum hospita pandas flumina.

I n . es . productā tam grȩca q̃ latina/ masculini/ uel fȩminini/ uel cōmunis generis: ut hic chremes. tis. hic uerres uerris: hȩc cedes dis. hic & hæc heres/ heredis.

I n . is . correptam tam græca q̃ latina/ masculini/ uel fȩminini/ uel cōmunis generis: ut hic paris/ huius paridis uel paris: hic collis lis. hȩc thetis/ thetidis: hæc cuspis/ cuspidis: hic & hæc utilis: huius utilis.

I n . is . ꝓductā græca uel latina/ masculina uel fȩminina/ uel cōia: ut hic delphis uel delphin/ delphinis: hic aris/ huius arinis/ nomē ꝓpriū. Cicero ꝓ Scauro. Arinis uxorē. hæc soteris/ soterinis. Plaut. i uidularia. Immo id ꝙ hic nostra ē patria & ꝙ hic meus ē pater: illic āt soterinis ē pater: hic dis ditis. i. pluto: hic & hȩc dis tis. appellatiuū: hȩc uis/ huius uis: hic & hȩc samnis samnitis.

I n . os . correptā unū latinū neutrū: ut hoc os ossis: quod ēt hoc ossum apud āt iquos ꝓlatū est. Gellius in. xxx. libro. Caluarieq; eius ipsum ossum oium expugnauerūt inaurauerūtq;.

I n . os . ꝓductã grȩca & latina masculini/uel fȩminini/uel neutri uel cõis generis: ut heros herois: hic nepos . tis . hȩc dos . tis . hoc os . ris . hic & hȩc compos . tis . sacerdos . tis.

I n . us . correptã latina/masculini/fȩminini/neutri/cõmunis: duũ uel triũ generũ: ut hic lepus/leporis: hȩc uenus . ris . hoc tempus ris . hic & hȩc ligus . ris . hic & hȩc & hoc uetus/ueteris.

I n . us . ꝓductam grȩca & latina/masculina/fȩminina/cõmunia & neutra: ut hic melampus melampodis: hic mus . ris . hȩc seruitus tutis . hic & hȩc sus/suis: hoc tus/turis.

I n . is . grȩca masculia/fȩminina: ut hic amphibrachys/huius amphibrachys: hic capys/huius capys: hȩc herinys/huius herinys.

I n . aes . unũ latinũ masculinũ: ut hic praes/huius prȩdis: & unũ neutrũ: hoc æs/huius æris: cuius obliqui plurales raro sũt ĩ usu apud iuniores. Cato in orõne quadã. Vt pluria æra equestria fierẽt: nunc ego arbitror oportere restitui quo minus equestribus ducentis sit ærum equestrium. In eodem de æribus equestribus De duobus milibus ærum.

I n . aus latina duo fȩminia: ut hæc laus/huius laudis: hȩc fraus huis fraudis.

I n . ans . latina masculina/cõmunia/duũ uel trium generum: ut hic quadrans/quadrãtis: dodrans/dodrãtis: hic & hæc infans: huius infantis: & hic & hæc & hoc infans . tis . & amans . tis . pro amatore. Inuenitur unũ fȩmininũ: ut hæc glans . dis . ut ẽ apud Lucretiũ: & Ouidiũ in . xiiii . methamor. Vt lata plumbea funda missa solet medio glans intabescere cȩlo.

I n . ens . latina masculina/fȩminina/cõmunia/duum uel triũ generum: ut hic rufens . tis . hæc lens . tis . hic & hæc parens . tis . hic & hæc & hoc prudens . tis.

I n . ons . latina masculia/fȩminia/& oĩs generis: ut hic mons . tis . hȩc frons . tis . hic & hȩc & hoc isons . tis . quod solũ teste ꝓbo . o . ante . us . habet correptã: & eius simplex/sons/sontis.

I n . uns . latina masculina: ut hic aruns . tis.

I n . yns . unũ fȩmininũ inuenitur grȩcum: ut hic tiryns/tiryntis.

I n . ars . latina masculina/fęminina : ut hic mars.tis.hæc ars.tis .
I n.ers. latina omnis generis : ut hic & hæc & hoc iners.tis .
I n.ors. latina masculina/fęminina/uel omnis generis : ut hic ma uors/mauortis: hęc cohors.tis.hæc sors.tis . Plautus tamen in cassina ꝓtulit/hęc sortis. tis. cũ ait. Vide ne qua insit alia sortis sub aqua.hic & hæc & hoc concors concordis .
I n . urs . latinum unum/ cõmune trium generum: ut hic & hęc & hoc tiburs/tiburtis gentile .
I n . uls . latinum unum fęmininum : ut hæc puls/pultis .
I n . ems . unum fęmininum : hæc hiems/hiemis .
I n. abs .græca & latina/ masculina & fęminina: ut hic arabs.bis: hæc trabs.bis. Vetustissimi tamẽ hæc trabes ꝓ trabs ꝓferebant: ut apud Enniũ in medea. Vtinam ne in nemore pelio securibus cęsa cecidisset ad terram abiegna trabes .
I n.ebs.corre.latia cõia triũ generũ:ut hic & hęc & hoc cęlebs.bis.
I n.ebs ꝓductã unũ latinũ fęmininũ:ut plebs.bis.Inueniť quoq; hęc plebes plebei. Lucanus in. iii. Nescit plebes ieiuna timere.
I n . ybs . unum masculinum : ut hic calybs calybis .
I n . obs . latina fęminia:ut hęc scobs/huius scobis:& hæc scrobs scrobis. Probus tamen ꝓtulit scrobis/ huius scrobis : quo Plautus masculino genere in amphitrione usus ẽ dicens.Ibi scrobes effodito duplos sexagenos in dies .
I n. urbs.unum fęmininum : ut hæc urbs urbis .
I n.aps.unũ fęmininũ:ut hęc daps.pis.cuius ntĩs nõ ẽ ĩ frequẽti usu. Horat.in.ii.carminũ. Ergo oblongatã redde ioui dapẽ.Idẽ ĩ quarto . Nunc i reluctantes dracones egit amor dapis atq; pugnę . Idem in epodo . Mutatę dapis imemori spectaculo .
I n.eps.masculina & ois generis:ut hic manceps mancipis:hic & hæc & hoc particeps participis: adeps uel adipes utroq; genere inuenitur. Varro in.ii.rerum rusticarũ inquit adipes illa .
I n . yps . græca : ut cinyps cinypis .
I n.ops.unũ latinũ fęmininũ : ut hæc ops/ huius opis. Vetustissimi tamen hic & hæc & hoc ops:nomen matris deorum/& copia

proferebant: cuius nomĩatiuus non ẽ in usu: sed ex eo cõpositũ quod ẽ omnis generis: ut hic & hęc & hoc inops. Antiquissimi tamẽ hic & hęc & hoc ops / & cops / & corps / ꝓ opulẽtus / & copiosus / & corpulẽtus proferebãt. Accius de hercule dicẽs. Quorũ genitor fertur esse ops gentibus: ꝓ opem ferẽs & auxilium gentibus. Nõnunq̃ in fęminino genere figurate cõiunctũ masculio repperiť: cuius nomĩatiuo usus est Plautus in cistellaria. Ita me saturnus eius patruus & castor pater: ita me ops opulẽta illius auia: immo mater quidem. Et græca ut hic pelops / pelopis: hydrops / hydropis: merops / meropis.

I n. irps. latinum unum: ut stirps / stirpis

I n. ax. correptã latina & gręca: ut hæc fax. cis. hic abax / abacis: quod abacus quoq; huius abaci frequenter inuenitur.

I n. ax. ꝓductã gręca & latĩa / masculĩa & fęminĩa / & oĩs generis: ut hic pheax / pheacis: hic pax. cis. hic & hęc & hoc audax audacis.

I n. ex. correptam græca & latina / masculina / & fęminina / & cõmunia trium generum: ut hic lelex / huius lelegis: hic grex / huius gregis: hæc ilex / ilicis: hic & hæc & hoc artifex / artificis.

I n. ex. ꝓductam latina / masculina / & fęminina / & cõmunia trium generũ: ut hic rex. gis. hæc lex. gis. hic & hæc & hoc exlex. gis.

I n. ix. correptam / latina masculina / & fęminina: ut hic calix / calicis: hæc nix / niuis.

I n. ix. productam latina masculina / fęminina / & cõmunia trium generum: ut hic phenix. cis. hęc cornix. cis. hæc nutrix nutricis: hic & hæc & hoc pernix / pernicis: hic & hæc & hoc felix felicis.

I n. ox. correptam fęmininum: ut hæc nox noctis: & eius compositum cõmune trium generum: ut hic & hæc & hoc pnox pnoctis. Iuuenalis in tertio. Si luditur alea pernox.

I n. ox. ꝓductam fęminini uel omnis generis: ut hęc uox. cis. hic & hæc & hoc uelox / uelocis: hic & hæc & hoc atrox / atrocis.

I n. ux. correptam / masculina / & fęminina / & communia: ut hic uolux / uolucis. hæc nux / nucis: hic & hæc dux / ducis.

I n. ux. productam masculinum: ut hic pollux. cis. & fęmininũ

ut hæc lux/ lucis.
I n. yx. græca tam masculina/ q̃ fęminina: ut hic sandyx/ sandy cis: hæc styx/ stygys.
I n. ex. fęmininum: ut hæc fex/ fecis.
I n. aux. unum fęmininum: ut faux/ faucis.
I n. alx. unum fęmininum: ut falx/ falcis.
I n. anx. unum fęmininum. ut lanx/ lancis.
I n. unx. commune: ut hic & hæc coniunx/ coniugis.
I n. arx. unum fęmininum: ut hæc arx/ arcis.
I n. ac. unum neutrum: ut hoc lac/ lactis.
I n. ec. unum neutrum: ut hoc allec/ allecis.
I n. ut. unum neutrum: ut hoc caput/ capitis.
Genitiuus uero huius declinationis exit in. is. correptā: uno mo nosyllabo excepto/ huius uis: quod producitur.
I n. A. desinētia mittūt gtiuū/ addita. tis. ut poema. tis. sarma. tis.
I n. E. correptam. e. in. is. uertūt: ut monile monilis: mare maris. Excipitur cepe: quod est indeclinabile. Antiquissimi tamen hæc cepa/ cepe: & hę cepe/ ceparum proferebant.
I n. E. ꝓductā gręca sunt fęminini generis: ut dictū ē: & sūt ꝓpria gręcorū decliatione seruātia: ut hęc penelope. pes. rhetorice. es. grāmatice. ces: hęc libye/ libyes: helene/ helenes. Latine uero di citur/ hęc libya/ libyę: hęc helena/ helenę.
I n. O. si fęminia sūt. g. uel. d. hñtia āte. o. mutāt. o. in. I. bre uē: & addita. nis. faciūt gēitiuū: ut uirgo. nis. dulcedo. dinis. Ex cipiunt cōpago/ cōpagis: ambago/ ābagis: dido/ didonis: sapho saphonis: calistos quoq; calistonis facit: & his similia. Reliqua uero seruāt. o. longū: ut iuno/ iunonis: caupo/ cauponis. Exci piunt cardo/ cardinis: ordo/ ordinis: homo/ hōis. Vetustissimi ta mē dicebāt homo/ homonis. Ennius. Vulturus ī campis miserū mādebat homonē. Nemo neminis: turbo turbinis: cū ē appella tiuum. Appollo/ appollinis: quāuis gręcum sit: hic cupido/ cupi dinis: margo/ marginis. Anio tamen facit anienis: caro carnis. Alia oia seruāt. o. ut leo leonis: cicero cicerōis: turbo turbonis

cum propriũ est brito britonis/populus. Greca uero & grece/& latine uariant: ut manto huius mantoos/& mãtus græce: & manto mantonis latine: dido huius didoos/& didus: & dido didonis. Antiquissimi tamẽ dicebant/anien anienis: & hoc carnis huius carnis. Et sciendũ est q quedã in. o. desinentia/faciũt ex se femininum in. a. ut leo leena uel lea: draco dracena: leno lena: caupo caupona: sicut apud grecos lacon lacena: strabo straba.

In. V. latina neutra & aptota i singulari: ut genu/tonitru/cornu: apud ãtiquissimos hoc cornu/huius corni: & hic cornus/huius cornus: & hic gellus & hoc similiter ꝓ genu.

In. C. neutra duo: lac lactis: quod etiã hoc lacte ꝓferebãt. Et hoc alec alecis: quod etiam femininũ inuenit: & caret plurali numero. Nam lactes plurale uenit ab eo quod est hæc lactis/huius lactis/pars intestinorum.

In. D. quoq; duo neutra: aliud & quid: & ex eo cõposita/aliquid siquid/nequid: quæ faciũt/alius/cuius/alicuius genitiuũ: & alii cui/alicui datiuũ: secũdum quorũdam ꝓnominũ declinationẽ: bogud ꝓprium bogudis iuenitur: & bulbud oppidi nomen.

In. T. hoc caput capitis: cum suis cõpositis/sinciput/occiput: git & nepet indeclinabilia sunt.

In. al. latina & barbara/si masculina sunt/accipiunt. is. breuem: ut hannibal/hannibalis: hasdrubal/hasdrubalis: hic sal/salis. Sin neutra/ꝓducunt. a. ut animal. alis. tribunal. alis.

In. el. correptam accipiunt. lis. ut mel/mellis: fel/fellis.

In. el. ꝓductã barbara/accipiũt. is. ut daniel. elis. michael. elis.

In. il. accipiunt. is. ut pugil/pugilis: tanaquil tanaquilis. Nihil & nil ideclinabiles sunt: iuenitur tamen nihili/nihilo/nihilum.

In. ol. cuiuscũq; generis sint assumunt. lis. ut sol solis.

In. ul. latina cuiuscũq; generis sint/assumunt. is. ut consul/consulis: exul/exulis.

In. an. A. longam seruant/& accipiũt. is. ut pean/peanis: titan/titanis: pan/panis. Grece tamen declinãtur accepta. os. ut panos titanos: a quibus genitiuis plerũq; fit nomiatiuus i. us. secũde

declinatōnis: ut huius titanos: hic titanus titani: huius delphinos: hic delphinus.ni. elephas elephantos: hic elephantus elephanti: abax abacos: abacus abaci: ęthiops.pos.ęthiopus.pi. arabs arabos: arabus.bi. Nam oīa nōia teste Seruio: quæ de græcis in.os.exeuntibus, ad nos trāseunt: aut in.us.tantū exeunt: ut delos delus: aut in.er.ut agros ager: aut ī utrāq; ut euādros euandrus, & euander. Et ab accusatiuo quoq; gręco in.a.fit nō nunq̄ nomīatiuus latinus, fęminini generis, primę declinatōis: ut hunc panthera: hæc panthera.rę. hunc cratera: hæc cratera.rę. hanc cassida: hæc cassida cassidę.

I n.en.correptā latina masculina, & neutra mutant.e.in.I.& accipiūt.nis. ut flamen flaminis: carmen carminis: numē numinis.

I n.en.ꝑductam latina & gręca, masculina & fęminia, accipiūt.is. ut lien lienis: splen splenis: ren renis: & rien rienis: etiam dicitur syren syrenis: seben sebenis, propria.

I n.in.assumunt.is.penultima ꝑducta: ut phorcin phorcinis: delphin delphinis: uel delphinos more gręcorum.

I n.on.gręca masculia accipiūt.is.ut caron caronis: agon agonis: iason.is. simon.is. memnon.nis. Excipitur sidon sidonis fęminini generis: quæ apud gręcos exeunt in.os.ut memnonos: ut dictum ē supra. Quędā uero assumūt.t.more gręco: ut lacoon lacoontos, & lacoontis: demophoon, demophoōtos, & demophoontis. Leon cum ꝓprium ē, leontis. Quędam autē abiiciūt n.& latine declinantur: ut leo.nis.draco.nis.ꝑ leon & dracon: ut tarco.nis.& tarcon.nis.ut repperitur apud maronem.

I n.ar. latina & græca, & barbara, masculina & neutra, & cōmunia trium generum, accipiunt.is.ut cæsar.ris. nectar.ris. bostar.ris. hic & hæc & hoc par paris: penultima correpta. Sed neutra deriuatiua producunt.a.in obliquis casibus: ut a lupa, lupanar, lupanaris: a calce, calcar, calcaris. Epar autem facit epatis: sed far geminat.r.ad differētiam uerbi faris. Par & nar producunt.a. in nomīatiuo. Sed nar in obliquis ꝑductam seruat: par uero minime: sicut & lar.

I n. er. correptam cuiuſcũq; generis ſint/accipiunt. is. ut carcer/car
ceris: ſed mulier mulieris ꝓducitur. Statius. Siqua deũ ſoboles
ſiqua ẽ mulieris origo. Ver ueris ꝓducitur. Excipiũtur in. ber. &
in. cer. cõmunia/uel faciẽtia fęmininũ in. as. ut celeber/ huius ce
lebris: ſaluber huius ſalubris: acer huius acris: alacer huius ala
cris. Veteres tamen alacris ĩ maſculino ꝓtulerunt. Teren. Quid
tu es alacris: ut hic & hæc alacris/huius alacris: & hic & hæc acer
huius acris: & hic & hęc acris/huius acris. Himber himbris facit
& ſua cõpoſita: ut ſeptẽbris/octobris/ nouẽbris/decẽbris. Mulci
ber uero mulciberis/uel mulcibris: celer celeris: cadauer cadaue
ris: degener degeneris. Illa uero nomĩa quæ deſinũt ĩ. ter. uertũt
ter. in. tris. ut pater patris: mater matris: equeſter equeſtris. Exci
pitur hoc later lateris: crater aũt crateris: ſtater ſtateris: & pãther
pantheris penultima ꝓducta. Quidã addũt caracter caracteris:
iuppiter iouis facit: ueteres tamen iuppitris & iuppiteris/ſecun
dũ analogiam dixerũt. Inueniť etiam hic iouis huius iouis: acci
piter accipitris antiqui ꝓferebãt: ſicq; opiter opiteris & opitris:
maſpiter/maſpiteris &/maſpitris: dieſpiter/dieſpiteris/& dieſpi
tris: iter itineris penultima correpta. Antiqui tamẽ hoc iter iteris
& hoc itiner itineris dicebant.

I n. er. ꝓductam gręca ſunt omnia: & accipiunt. is. ut aer aeris: uer
ueris: ęther. ris. clyſter clyſteris/penultima ꝓducta: ſicut oĩa quæ
apud græcos ſeruant. r. in obliquis: ut crater crateros/ & crater
crateris: ut ſupra dictum eſt.

I n. ir. aſſumũt. is. & penultimã corripiunt: ut gadir gadiris: quod
quidam fęmininũ eſſe affirmãt. Ir quoq; iris neutrũ eſt: & abdir
indeclinabile: & martyr martyris græcum eſt.

I n. or. latina maſculina & fęminina/& cõmunia producta. o. acci
piunt. is. ut orator. oris. ſalinator. toris. uxor. oris. auctor. oris.
algor algoris. Antiqui tamen dicebant hic algus/huius algus.
Corripiuntur tamen/ hectoris/ arboris/ bicorporis/ memoris: a
memoro memoras uerbum. Inuenitur etiam hic & hæc memo
ris/huius memoris: quod ſolum facit comparatiuũ memorior:

robur roboris:hic & hæc & hoc indecor indecoris:a decus decoris:quod quãuis produci debeat: tamen corripitur/ pro indecorus/indecora/indecorum.

In.or.uero neutra latina/græca quoq; masculina omnia correpta o. accipiũt. is. ut hoc marmor marmoris: equor.ris. hector.ris. actor actoris/ propria. Excipitur ador: cuius deriuatiuũ producit. o. ut adoreus/adorea/adoreum: fortasse quia ab adoro adoras inuenitur indifferenter ador adoris/ penultima modo correpta/modo producta. Cor uero cordis assumit. d.

In.ur.cuiuscumq; sint generis accipiunt.is. ut hic uultur.ris.hæc turtur.ris.hoc sulfur.ris.fur tamen facit furis/penultima producta. Quæ uero habẽt. o.pro. u.corripiunt. o.ut robur roboris ebur eboris: iecur iecoris & iecinoris: fęmur fęmoris. Inuenitur etiam hoc fęmen fęminis.

In. as.latina masculina/& fęminina/& cõmunia/ remota. s. accipiunt.tis.ut męcenas męcenatis:ciuitas ciuitatis: lenas lenatis arpinas arpinatis. Excipiuntur monosyllaba:ut as assis:uas uasis: quod in plurali secundæ declinationis est: ut hæc uasa uasorum. Vas uadis: mas maris: fas & nefas: & hic & hæc & hoc nugas/indeclinabilia sunt. Græca uero in.as.si exeunt in genitiuo in. u.primæ sunt declinationis apud latinos: ut lysias lysiu: lysias lysię: amintas amintu: amintas amintę:quæ frequenter a latinis proferuntur in. a.ut lysia lysię:marsia marsię. Si autem mittunt genitiuum in. os.apud græcos: tertiæ sunt declinationis apud nos: ut calchas/calchantos/calchantis. Inuenitur hic calchas/huius calche: gigas/gigantos/gigantis: adamas/adamantos/adamantis. Pallas proprium uiri: pallantos/pallantis. Pallas pro dea facit pallados/uel palladis: lampas/lampados/lampadis: troas/troados/troadis: archas/archados/ archadis: menas/ menados/ menadis.

In.es.correptam latina/masculina/& fęminina/& cõmunia:remota. s.& mutato. e.in. I.breuem/& addita.tis.faciunt genitiuũ ut hic stipes/ stipitis: hic & hæc miles/ militis: sospes/ sospitis.

Excipiuntur habentia . ae . diphthongum in penultima : ut hic & hæc præpes præpetis. Et a uerbis deriuata habentibus . e . breuem in penultima : ut hic & hæc teres teretis : a tero teris : hic & hæc hebes hebetis : ab hebeo : indiges indigetis : ab indigeo : impeto impetis / ab impeto . Interpres interpretis / ab interpretor . Et habentia . I . ante. s . ut paries parietis : & hic & hæc inquies inquietis . Quæ omnia seruant. e . in genitiuo : sicut & fęminina ut seges segetis : teges tegetis . Quæ uero componuntur a pede & a sedeo : mittunt genitiuum in . idis . correptum : sed a pede seruant . e . ut sonipes sonipedis : bipes bipedis : quadrupes quadrupedis : polipes polipedis : loripes loripedis : compes compedis : impes impedis : quæ omnia crescunt. Sed composita a pede sepissime producunt. es . Apes uero facit apis : uulpes uulpis . Inuenitur etiam hęc apis / huius apis : unde apicula : sicut a fidis fidicula : & obses habet obsidis : pręses pręsidis : deses desidis .

I n. es . productam latina / siue græca / antecedente . I . faciunt genitiuum in . tis . ut quies quietis : & sua composita . Antiquissimi tamen dicebant / quies quiei : & hic & hæc & hoc quies quietis : & hæc requies requietis / & requiei : & fames famis / & famei : unde ablatiuus fame producit ultimam. Alia omnia mittũt. es . in . is . ut uerres uerris : cedes cedis . Excipiuntur pes pedis : merces mercedis : ceres cereris : heres heredis : locuples locupletis : agnes agnetis : magnes magnetis . Græca uero in . es . producta & mittentia genitiuum græcum in . os . uel in . eos . uel in . us . mittunt . o . uel . eo . uel . u . in . I . apud latinos : ut chremes / chremetos / chremetis : palamides / palamideos / palamidis : etheocles / etheoclus / etheoclidis . Inuenitur tamen hic chremes / huius chremis : sicut omnia facientia genitiuum in . tos . ut laches lachetos / lachetis / uel lachis : rhamnes / rhamnetos / rhamnetis / uel rhamnis . Quæ etiam apud græcos uarie declinantur : ut hic dares / daretos / uel dares / huius daru . Vnde etiam apud nos dares huius daretis / uel daris : & dares / huius dare . Vnde accusatiuus duplex inuenitur / dareta / & daren . Nam in . es . sicut in

as . mittentia genitiuum græcum in . V . primæ sunt declinationis : ut achates / huius achatu : & achates / achate . Anchises / anchisu : anchises / anchise . Quædam tamen eiusmodi tertię declinationis inueniuntur : ut orontes / huius oronte / & orontis : herodes / huius herode / uel herodis . Timarchides / huius timarchidę / uel timarchidis . Tigranes huius tigtanę / uel tigranis . Horum quoque datiuus pro genitiuo plerũque profertur : ut oronti / tucydidi / euripidi : pro orontis / tucydidis / euripidis . Et pro ablatiuo / achate / euphrate : ab achate : ab euphrate . Sicut a penelope : & ab aragne . Nam in his nominibus . e . producitur : ut in datiuo græco .

I n. is . correptam latina / habent genitiuum similem nominatiuo ut collis / huius collis . Excipiuntur lapis / lapidis : sanguis / sanguinis . Antiquissimi tamen dicebant sanguen / sanguinis : pollis / pollinis : cuspis / cuspidis : cum suis compositis : ut tricuspis tricuspidis . Semis / semissis : idest pondus . Nam pro dimidio non declinatur / cassis cassidis . Inuenitur & hæc cassida / cassidę : ut dictum est . Item hic & hæc exanguis / facit in genitiuo exanguis : hæc capis / etiam capidis : cuius diminutiuum est capidula : & est græcum sicut cassis . Hic & hæc potis / huius potis : cum suis compositis .

I n . is . productam / cuiuscũque sint generis latina / remota . s . & addita . tis . mittunt genitiuum : ut lis litis : hic & hæc dis ditis : quod in plurali facit hi & hę dites / & hæc ditia . Samnis / samnitis : cuius neutrum hoc samnite inuenitur . Excipiuntur glis gliris : & glis / glissis : & uis huius uis . Illa autem tam in . is . q̃ in . er . finitą : mittunt genitiuum solum in . is . ut uomis / & uomer uomeris : cucumis / & cucumer cucumeris : puluis / & puluer pulueris : cinis & ciner / cineris . Ad hæc ut cęsar pubis ut probus pubes : ut quidam / puber puberis facit : quod tamen compositum ĩuenitur : similẽ habens nõiatiuo genitiuũ . Virgilius in quinto . Impubis iuli : cuius neutrũ Oratius ꝓtulit : ĩpube corpus .

I n. ys .græca si habent in genitiuo græco consonantem ante.os. ut Simoys: quod simoeys dicitur: mutant. o . in . I. ut simoen tos/ simoentis . Adonys/adonydos.dis.dorys/dorydos/dory dis. Sicq; patronomica fęminia: ut ęneis/ęneidis/ęneidos. Si ue ro consonantem non habent: genitiuus est similis nominatiuo ut Neapolys/ neapolyos / huius neapolys . Quędam uero mu tant. yos . genitiuum in. is .apud nos : ut phorcys/ phorcyos/ phorcys . erimnys/ erimnyos / erimnys . Chlamys uero chlamy dos/chlamydis. amphibrachys/amphibrachyos/ ãphibrachys. Aegys facit egydis. iaspys iaspydis.aspys aspydis. ibys ibydis isys isydis. parys parydis/ & parys. tigrys tigrydis/ & tigrys. ti brys tibrydis/& tibrys.thetys thetydis/mater achillis:& thetys thetyos uxor oceani. Et apud ueteres tethys tethyos/huius te thys: cuius uocatiuus/o/tethi : sicut themys/ huius themys/o/ tehmi .

I n. os.latina si masculina sunt/remota. s .assumunt.tis.ut lepos leporis/flos floris/ mos moris . Excipitur nepos nepotis.Inue nitur apud antiquos hic & hæc nepos. Alia uero in. os .mittũt genitiuum in. otis .productum : ut hic & hæc sacerdos sacerdo tis : compos compotis : hæc cos cotis . Custos uero facit custo dis.os oris: sed os ossis corripitur. Ouidius in quinto metha. Qui postquã cecidit ferrumq; ex osse reuulsum. Quod quidam ueterum/& ossum/ & ossu proferebant . Excipiuntur etiam/bos bouis/& hæc glos gloris .

I n. os . græca conuertunt. os .genitiui in. is . apud latinos : ut chryseros/ huius chryserotos/chryserotis. heros heroos/ herois Minos/minoos/minois. Antiqui tamen dicebant minos/mino is:quod potius uenit a nominatiuo minon. Gręci enim pro he ros/ heron huius heronos dicunt : sicut pro athos/athon/atho nos.androgeos pro androgeus. Virgilius.Androgeos offert se nobis socia agmia credẽs. Cujus gẽitiuus androgeo/acticũ est.

I n . us .correptam si neutra sunt : & uerba de se quodãmodo for

mare uideantur:conuertunt.us.in.eris.ut pondus ponderis unde pondero ponderas:ulcus ulceris:uulnero uulneras:holus holeris:holero holeras. Fęnus tamen habet fęnoris:& pignus pignoris : licet ab eis descendāt fęneror/& pignero.as. & sic multa alia: ut tempus tēporis: & lepus leporis. Inueniē tamen hoc pignus pigneris: & fęnus fęneris/per. e .quemadmodum uerba. Sed non formantia de se uerba:mittunt genitiuū in.oris.penultima correpta:ut littus littoris:corpus corporis.Excipiuntur cōparatiua quę producunt. o .ut maioris minoris:& ita de reliquis. Item hoc uirus huius uiri:hoc uulgus uulgi:quod íuenitur tam neutri q̄ masculini generis. Virgilius . Hinc spargere uoces in uulgum ambiguas . Item hoc pus est ídeclinabile.hoc pecus pecoris:& hæc pecus pecudis hic intercus.tis.producta. u .hæc acus aceris. Item in.us.correpta cōmunia/uel omnis generis:ut hic & hoc ligus liguris: hic & hęc & hoc uetus ueteris.

I n.us.correptam græca: quæ apud græcos exeunt in.os.cuiuscūq; sint generis/mutant. o.in. u .& efficiuntur secundę declinatiōis:ut cyros hic cyrus cyri. synodos hęc synodus synodi pelagos/hoc pelagus.phylosophos/hic & hæc phylosophus phylosophi.& his similia.

I n.us.productam gręca masculina: si genitiuus exit in.os.tertiæ sunt declinationis apud latinos : & mutant . o . in . I . ut oedipus.dos.dis.melampus.dos.dis. Si autē genitiuus gręcus finitur in. u .secundę sunt declinatiōis apud nos:ut panthus panthu: hic pāthus panthi:cuius uocatiuus exit in. u . ut/o/panthu:ut supradictum est.

I n. us .productam latina fęminina/ remota . s . accipiunt.tis. ut salus salutis: uirtus uirtutis . Excipiuntur tellus telluris: palus paludis:incus incudis. Item monosyllaba latina cuiuscūq; sint generis deponunt. s .& accipiunt. uris . ut mus muris:quod a græco descendit. Plus pluris:tus turis: rus ruris:

hic & hęc grus: facit tamen gruis: & hæc sus habet suis: quod uenit a græco.
I n. aes. duo inueniuntur: quæ mittunt genitiuum in. is. ut hic praes/huius praedis: & hoc aes/huius aeris.
I n. aus. fęminina remota. s. accipiunt. dis. ut laus laudis: fraus/fraudis.
I n. ans. latina masculina mittunt genitiũ in. tis. ut quadrans quadrantis: infans ĩfantis: amans. tis. sed glans facit glãdis.
I n. ens. latina finiunt genitiuũ in. tis. ut eufens eufentis: lens lentis: pro legumine: lens lendis pro animali. Parens parentis: prudens prudentis. Iens tamen facit euntis: & sua composita. Libripens habet libripendis.
I n. ons. latina exeũt in genitiuo in. tis. ut mons mõtis: frons frontis. frondis uero pro folio accipitur.
I n. uns. latina faciunt genitiuũ in. tis. ut aruns aruntis.
I n. yns. græca accipiunt. tis. ut Tiryns tiryntis.
I n. ars. latina assumunt. tis. ut ars artis. pars partis.
I n. ers. latina assumunt. tis. ut iners inertis. expers expertis.
I n. ors. latina accipiunt. tis. ut mauors mauortis. cohors cohortis. Concors uero facit cõcordis: discors discordis: & omnia a corde composita. Inuenitur tamen apud antiquos hæc cordis/huius cordis: hæc discordis/huius discordis.
I n. urs. latinum unum mittit genitiuũ in. tis. ut tyburs. tis.
I n. uls. latinum unum habet. tis. ut puls pultis.
I n. ems. exit in genitiuo in. is. hiems hiemis.
I n. abs. græca & latina finiunt genitiuum in. is. ut arabs arabis: trabs trabis.
I n. ebs. eodem modo: ut plebs plebis: celebs celebis.
I n. ibs. eodem modo: ut calibs calibis.
I n. obs. eodem modo: ut scrobs scrobis.
I n. urbs. eodem modo: ut urbs urbis.
I n. aps. eps. yps. græca. ops. mittunt genitiuum in. is.

ut daps dapis: princeps principis: cinyps cinypis: hydrops hidropis: merops meropis. Sed cōposita a capite remota. s. &. e in. I. conuersa assumunt. tis. ut anceps ancipitis: biceps bicipitis. Vetustissimi tamen ancipes ancipitis/& ancipis: biceps bicipitis/& bicipis proferebant.

In. irps. eodem modo: ut stirps stirpis.

In. ax. productam græca & latina/remota. x. assumunt. cis. ut phęax phęacis: pax pacis/ penultima producta.

In. ex. correptam/ græca & latina/ si descendunt a uerbis desinentibus in. go. ablata. x. accipiunt. gis. ut rego/rex/regis lego/lex/legis. grego/grex/gregis. coniungo/coniunx/coniugis: remota. n. Remex tamen mutat. e. in. I. ut remigis. Frux quod a græco descendit/habet frugis: tamen nominatiuus in usu nō est. Inuenitur apud antiquos/hic/& hæc/& hoc frux: pro hic & hæc & hoc frugi. Reliqua uero omnia in. x. desinentia/remota. x. accipiunt. cis. ut nex necis: fex fecis: fallax fallacis: lux lucis. Et omnia in: x. exeuntia/penultimam producunt in obliquis casibus/natura/uel positione. Excipiuntur quæ mutant. e. in. I. correptam: ut apex apicis: & remex remigis. Et quæ desinunt in. ix. latina masculina: ut fornix fornicis: uarix uaricis. Et barbara: ut uolux uolucis. furnax furnacis: phęnix phęnicis. Item grex gregis: crux crucis fax/facis: nux/nucis: pix/picis: dux/ducis: trux/trucis: coniunx/coniugis: salix/ salicis. Item ea quæ nec. g. nec. c. habent ante. x. ut nix/niuis: pellex/pellicis: suppellex/suppellectilis: senex/ senis: spinx/ spingis/ uel spingos. Noxquoque noctis facit/ more græcorum: qui dicunt nyx / nyctos. Nam græca suam consonantem seruant: ut phęax / phęacos/ phęacis: onyx/ onycos: onyx/onycis. Composita uero secuntur naturam simplicis: ut pernox/pernoctis: exlex/ exlegis. Vetustissimi tamen/ hæc nix ninguis proferebant. & hæc suppellectilis / huius suppellectilis.

D atiuus uero tertię declinationis exit in . I . productum: & fit a genitiuo remota . s . ut patris patri/ matris matri/ temporis tempori. In græcis tamen aliquando corripiuntur: ut palladi. Statius. Palladi littoreę celebrabat scyros honorum .

A ccusatiuus quoque fit a genitiuo. is .in. em .conuersa : ut solis solem : leporis leporem . Excipiuntur in. is .terminata habentia genitiuum similem nominatiuo: quæ omnia fere sunt græca/ uel propria: & mittunt genitiuum in. im. tantum: ut tyberis uel tybris: tyberim uel tybrim . Fabaris fabarim : araris ararim . Virgilius . Aut ararim parthus bibet aut germania tigrim . Lucanus uero arar per apocopem protulit . Item gręca ut tethys uel tethyos tethym. Neapolis neapolim: charibdis charibdim: & eiusmodi . Quædam autem finiunt genitiuum in. im .& in. em. ut alpem & alpim: syrtem & syrtim. Similiter latina: ut turrim/ securim/ puppim/ sitim/ restim. Vim tantum facit: burim/ maguderim/ peluim/ tussim/ torquim. Quędam tamen ex his exeunt in. em . ut puppem/ securem/ torquem/ burem/ bipennem / peluem / febrem / restem . Græca mittunt plerũque accusatiuum in . a . ut ętherem/ & ęthera: thoracem & thoraca : aerem & aera: syrenem/ & syrena: titanem/ titana : lampadem/ lampada . Inuenitur tamen hæc lampada/ lampadę. Quædam uero alia exeunt in. on .in accusatiuo: ut dido didon. Quædam in. o .ut alecto: ut apud Maronem in septimo. Luctificam alecto . Nomina uero neutra/ accusatiuum & uocatiuum similem habent nominatiuo : ut hoc pectus : hoc pectus/ o/ pectus .

V ocatiuus quoq; similis ẽ nominatiuo : ut hic Cicero/ o/ cicero hic consul/ o/ consul: hic rhetor/ o/ rhetor. Inueniunt̃ tamẽ græca quæ suum uocatiuũ seruant : ut thybris/ o/ thybri: thebais o/ thebai: pallas/ o/ palla. Virgilius in decimo. Da nũc thybri pater ferrum quod missile libro. Idem in eodem . Teq; iuuat palla: sed bellis acer alesus. Idem in undecimo. Quin ego nõ

30

alio digner te funere palla. Ouidius in secundo fastorum. Care nepos palla funesta quid induis arma. Statius in duodecimo. O mihi bissenos longũ uigilata per annos thebai. Et sic/o/chreme/o/achille/o/lache: & his similia.

Ablatiuus uero exit in. I. aut in. e. Neutra enim in. e. terminata: mittunt ablatiuum in. I. ut mare mari: cubile cubili. Antiqui tamen/ mare/cubile/ monile proferebant: quẽadmodum iuniores. Quædam uero mittunt ablatiuum in. e. solum: ut rete/ gausape/ præsepe. Et quædam propria: ut reate/ præneste/ soracte/ celene.

In. al. quoque omnia & in. ar. in. I. mittunt ablatiuum: ut animal/animali: ceruical/ceruicali: calcar calcari: lucar lucari: penultima producta. Vtimur tamen/ sale/ lare/ pare & pari. Virgilius. Numero deus impare gaudet.

In. er. & in. is. exeuntia/ masculina/ & communia/ habentia neutrum in. e. faciunt ablatiuum in. I. ut hic saluber/ hæc salubris & hoc salubre: ab hoc salubri: pedestri/ cęlebri: & hic & hæc omnis/ & hoc omne: ab hoc & ab hac & ab hoc omni: hic & hęc facilis/ & hoc facile: ab hoc & ab hac & ab hoc facili: utili: februali/autumnali/hiemali/martiali: cum est adiectiuum. Nam pro nomine proprio exit in. e. ut a martiale: a iuuenale. Illa uero quæ finiunt accusatiuum in. im. terminant ablatiuum in. I. ut tussi/ siti/ neapoli: & reliqua. Ea autem quæ exeunt in. im. & in em. faciunt in. e. & in. I. ut pelue/ & pelui: puppe & puppi: & ita de reliquis:

In. is. & in. er. exeuntia mensium nomina: finiunt ablatiuũ in. I. ut aprili/ quintili/ sextili: septembri/ octobri/ nouembri/ decembri. Excipitur himber quod facit himbre & himbri. Item in. er. cuiuscumque generis sint: terminant ablatiuum in. e. solum: ut hic/ & hæc/ & hoc pauper/ paupere: degener/ degenere: uber ubere: & reliqua.

In. or. comparatiua exeunt in. I. & in. e. ut maiore/ uel maiori.

I n. uis . ut ciuis/ouis/auis . Et in guis: ut unguis/anguis . Et in gnis .ut ignis . Et in.cris. ut uectis. Et in.mnis.ut amnis. Item uerbalia in.trix. ut uictrix/ultrix . Et gentilia in.as.ut rauēnas: arpinas. Et fere omnia habentia ante. is .duas consonantes/ in eadem syllaba : ut neptis/ hostis/ pestis : omnia mittunt ablatiuum in . e . & in .I. ut ciue/& ciui: aue/& aui : ungue/& ungui: angue/& angui : igne/& igni : uecte/& uecti : amne/ & amni : uictrice/& uictrici : rauennate/& rauennati : nepte/ & nepti : hoste & hosti : peste uel pesti : poste uel posti . Hospes uero & sospes habent hospite/& sospite . Item pugil pugile/& pugili : uigil uigile/& uigili. Strigilis strigili solum . Item rudis pro nomine adiectiuo/ rudi solummodo habet : pro nomine uero proprio/ rude. Item demens/demente/ & dementi : amante/ & amanti . Et notandum ꝙ omnia in . ns . exeuntia/ aut participia sunt : aut nomina . Si participia sunt/ ablatiuum aut in . e . aut in . I . mittunt/pro nostro arbitrio . Iuuenalis. Nec ardenti decoxit aeno. Contra. Semperq; ardente camino . Si uero nomina fuerint:omnino in. e .exeunt. Si autem eadem sint & nomina/& participia: ut amans. Cum nomina fuerint:omnimodo in . e . mittunt: ut dictum est . Cum participia : licenter utimur. Tamen Virgilius usurpauit tridenti pro tridente/in secundo : nulla necessitate cogente: sed nouitatis gratia . Sane in omnibus quæ & propria esse possunt/ & appellatiua : ut liberalis/ felix/ iuuenalis : ablatiuus a proprio nomine in . e . exit: ut diximus supra . Ab appellatiuo uero in. I . Item omnia nomina cōmunia trium generum indifferenter proferuntur : ut hic/ & hæc/ & hoc uetus/uetere/& ueteri : pare/& pari : audace/ & audaci : inope/& inopi : concorde/& concordi . Memor tamen habet solum memori . Reliqua omnia exeunt in. e .correptam: ut ab hoc patre : matre : ab hoc & ab hac milite: clade: classe. Tamen aliquando abutuntur auctores. Virgilius. Aduectum ęneam classi: pro classe. Licet nonnulli uelint esse datiuum .

Nominatiuus uero & uocatiuus plurales : fiunt a genitiuo singulari.is.in.es.productam conuersa:in masculinis/& fęmininis/& communibus: ut huius patris/ patres: matris matres: consulis consules: felicis/ felices . In neutris uero descendunt a singulari ablatiuo . Nam si ablatiuus exit solum in . I. uel in . e . & . I. assumunt . a . ut a cubili cubilia : a pare uel pari paria . Pręter cõparatiua: quæ faciunt maiora/minora: & quædam alia:ut uetera ludicra/amplustra. Si autem terminatur in. e .mutatur. e .in. a . ut a corpore/corpora : a capite/ capita : a pectore/ pectora . Inuenitur etiam apud priscos : ut supra diximus/ pluria : unde eius compositum compluria : similiter amplustria lectum est .

Genitiuus quoq; pluralis finitur/ aut in. um .aut in. ium .& fit a singulari ablatiuo. Itaq; si ablatiuus exit in. I .solum/genitiuus pluralis terminatur in. ium .ut sedili/sedilium : lacunari/lacunarium : calcari/ calcarium . Item si nominatiuus desinit in. as .ut as . mas . genitiuus exit in. ium .ut assium/ marium . Excipiuntur/ciuitas/pietas/maiestas: & quædam alia quæ proferuntur ꝑ sincopam: ut ciuitatum/pietatum/maiestatum . Item si nominatiuus terminatur in.es.aut in. is .genitiuus erit in. ium .ut uulpes/uulpium: sedes/ sedium: moles/ molium . Pręter uates/uatum : nates/natium : ignis/ ignium : collis/collium: naris/ narium . Excipiuntur/canis canum:panis/panum:iuuenis/iuuenũ. Item si nominatiuus finit in duas consonantes: genitiuus exit in. ium .ut ars/artium: pons/pontium: fons/fontium: urbs/urbium: pars/partium:& his similia . Excipiuntur hiems/ hiemũ: forceps/forcipum :princeps/principum:municeps/municipum: manceps/ mancipum . Item nomina pluraliter tantum declinata: mittunt genitiuum in. ium . ut manes/ manium: alpes/alpium: tres/trium: quinquatres/quinquatrium: uires/uirium: plures/ plurium . Excipiuntur penatum . Item quæ ablatiuum tam in. I .q̃ in. e .finiũt:ut felice uel felici/feliciũ: pare uel pari/pariũ prudente uel prudẽti/prudentiũ:amante uel amãti amãtiũ. Nisi ꝓferant̃ per sincopã : ut prudentũ/amantũ/cęlestũ:& eiusmodi .

Sed edace uel edaci habet edacium: fallace uel fallaci/fallacium. Excipiuntur quędam/licet ablatiuus sit in. e. & in. I. ut uigilũ/ ueterum/memorum/supplicum/artificum/pontificum/parentum: & comparatiua/ut maiore uel maiori/maiorum/minorum. Cętera uero exeuntia in ablatiuo in. e. tantũ mutant. e. in. um. ut themate thematũ: poemate poematũ: consule consulum: carmine carminũ. Pręter carnium/ditium/litium/niuium/noctium/imbrium/cum suis cõpositis. Item a boue boum: nõ autẽ bouũ: & ab alite alituũ: & non alitum. Inuenitur etiam apud antiquos marum ꝓ marium: sedum ꝓ sedium: mensum pro mensium: parentium ꝓ parentum: hospitium ꝓ hospitum.

Datiuus & ablatiuus plurales/fiunt a genitiuo singulari/interposita. bu. ut huius hominis/his & ab his hominibus: patris patribus. Excipitur bos: quod habet bobus/siue bubus: nõ autẽ bouibus. Cicero etiam usus ẽ poematis ꝓ poematibus: sicut toreumatis/emblematis/& eiusmodi.

Accusatiuus pluralis similis ẽ nomĩatiuo: ut hi patres/hos patres hi & hę homĩes/hos & has homines. Excipiunť quędam gręca quæ mittunt accusatiuũ in. is. solum productã: ut sardis/has sardis: alpis/has alpis: syrtis/has syrtis: trallis/has trallis. Itẽ quæ in singulari numero habent genitiuũ similem nomĩatiuo: ut hic & hæc omnis/huius omnis: hos & has omnes/& omnis. Salustius. Omnis homines qui student sese. Terentius. Omnis nos gaudere. Virgilius. Aquas dulcis & frondea semꝑ tecta petunt. Et in. es. pluraliter tantum declinata: ut manes/penates/plures tres. Et in. er. desinentia/habentiaq; ablatiuũ in. I. ut imber imbri: acer acri: hos imbres & imbris: acres uel acris. Et terminata in. ns. uel in. rs. ut pons/& ars/frequenter mittunt accusatiuũ pluralem in. is. & raro in. es. Cicero tamen litis pro lites posuit: & Virgilius tenacis pro tenaces. Græca autem nomia accusatiuũ habent aliquando in. as. correptam: ut thoracas pro thoraces: archadas pro archades: crateras pro crateres. Virgil. Crateras magnos troadas: pro troades: & his similia.

Quot terminationes habet quarta declinatio? Duas.us.correptã masculinorũ & fęmininorũ tãtum: ut hic uisus/& manus: &. V. solum neutrorũ: quę in singulari ĩdeclinabilia sunt: ut hoc genu huius genu: hoc ueru/huius ueru/penultima ꝑducta. Ouidius in.viii.metha. Dextraqꝫ a poplite leuũ pręssa genu digitis ĩter se pectine iũctis. Virgi. Nuda genu nodoqꝫ sinus collecta fluẽtes.

Genitiuus quoqꝫ exit ĩ. us. ꝑductã: ut hic senatus/huius senatus Vetustissimi tamen nõnunq̃ in. uis. diuisas syllabas ꝓferebant. Terentius. Texentem studiose ipsam ostendimus mediocriter uestitã ueste lugubri eius armis causa opinor quæ erat mortua.

Datiuus uero huius declinatõis terminaẽ in. I. & fit a gẽitiuo. s. conuersa in. I. ut senatus senatui: manus manui. Inueniẽ tamen apud poetas ablatiuus ꝓ datiuo: ut metu ꝓ metui. Virg. in. iiii. Nam alię uictu inuigilant: pro uictui. Idem in eodem. Cõcubitu indigent: pro concubitui.

Accusatiuus fit a nominatiuo/mutata. s. in. m. ut senatus/hunc senatum: manus hanc manum:

Vocatiuus uero est similis nominatiuo: ut hic senatus/o/senatus hæc manus/o manus.

Ablatiuus fit a genitiuo remota. s. & producitur. V. ut ab hoc senatu: ab hac manu.

Nomiatiuus & accusatiuus & uocatiuus plurales/similes sunt genitiuo singulari: ut huius uisus: hi uisus: hos uisus/o/uisus: huius manus: hę manus: has manus/o/manus: hę idus: harũ iduũ semper est plurale: ut omniũ festorum nomina.

Genitiuus pluralis fit a gtiuo singulari/remota. s. & assũpta. um. correpta. u. ut senatuũ/manuũ. Inueniẽ tamẽ currũ ꝓ curruũ per sincopã/apud maronẽ ĩ. vi. ęnei. q̃uis gemiata. u. posset neutrũ ꝑ synaliphã stare: cũ sequẽs uersus a uocali ĩcipiat: necnõ ẽt duabus uocalibus iũctis/prior potest in metro excludi: ut Ferreiqꝫ eumenidum talami.

Datiuus & ablatiuus plurales fiũt a ntiuo singulari/mutata. u. in I. & interposita. bu. ut huius uisus: huius manus: his & ab his

uisibus/manibus. Quędam tamē seruant. V. pro. I. ut arcubus portubus/artubus/tribubus/specubus/lacubus. Ouidius in tertio fastorū. Pręmia de lacubus ꝓxima musta tuis. Neutra uero in. u. desinētia/assumpta. a. mittunt nōiatiuum/ & accusatiuū/ & uocatiuū plurales: ut cornu/cornua: genu/genua. Quorū datiuus & ablatiuus fiūt a similitudīe masculinorū & ęmininorū ut genuū/genibus: cornuū cornibus.

Quot terminatōes habet quinta declinatio? Vnam: uidelicet. es. ꝓductam. Et sunt oīa fęminini generis latina: pręter unū quod i singulari numero reperiť tam masculinū/q̄ fęmininū: ut dies. Lucanus in. ii. Proh fata quis ille quis fuit ille dies. Vir. in. iiii. Ille dies primus leto primusq; malorū causa fuit. Idem ī secūdo. Venit sūma dies & īeluctabile tēpus dardanide. In plurali uero semp̄ īueniť masculini generis: ut hi dies: & sua cōposita: ut hic meridies. Terentius in adelphis. Præterea meridie ipso faciam ut stipulam colligat.

Genitiuus & datiuus quoq; huius declinatōis descendūt a nominatiuo/remota. s. & assumpta. I. ut dies/ huius diei/ huic diei: & seruāt. e. ꝓductā nōiatiui/si fuerit. I. ante. s. ut rabies rabiei: sin minus corripiūt: ut spes spei: res rei: plebes plebei. Vetustissimi tamen frequēter ablatiuū/ tam ꝓ genitiuo/ q̄ pro datiuo ꝓferebāt: ut fide ꝓ fidei: & die ꝓ diei: acie ꝓ aciei. Salustius ī primo historiarū dubitauit acie pars: ꝓ aciei. Ouidius in tertio metha. Prima fide uocisq; ratę tentamina sumpsit: ꝓ fidei. Idē in sexto. Vtq; fide pignus dextras utriusq; poposcit.

Accusatiuus fit a nōiatiuo/mutata. s. in. m. correpta. e. quia uocalis ante. m. terminalē nunq̄ ꝓduciť: ut hūc diem: hanc rem.

Vocatiuus similis est ntiuo: ut hic dies/o/dies: hęc fides/o/fides.

Ablatiuus quoq; fit a nominatiuo/remota. s. ut dies/ab hoc die hæc res ab hac re.

Nominatiuus/& accusatiuus/& uocatiuus/ similes sunt nōiatiuo singulari: ut hęc fides/hę fides: has fides/o/fides.

Genitiuus pluralis fit a singulari ablatiuo/addita. rum. ut ab hac

die harum dierum: ab hac re/harum rerum. Qui quidem in quibusdã aliis nominibus huius declinatõis/in usu nõ est. Tamen apud antiquissimos reperiť: ut specierũ/facierum.

Datiuus & ablatiuus plurales/formantur a singulari ablatiuo/addita. bus. ut ab hoc die/his diebus: ab hac re/ab his rebus. Qui casus in aliis quoq; nominibus eiusdem declinatõnis apud plerosq; deficiunt.

DE PRONOMINE.

Quid est pronomen? Est pars orationis quę pro nomine proprio uniuscuiusq; accipitur: & cum substantiam solum significat: personas finitas recipit.

Quot accidũt pronomini? Sex: species: persona: genus: numerus: figura: & casus.

Quot sunt species pronominum? Due: primitiua: & deriuatiua.

Quot sunt ꝓnomina primitiua? Octo/ego/tu/sui/ille/iste/ipse/hic & is. Ex quibus alia demõstratiua: alia relatiua: & alia demõstratiua & relatiua. Demõstratiua/ego/tu/hic/& iste. Relatiua/sui/& is. Modo demõstratiua modo relatiua: ille: ipse. Virgi. Sic iuppiter ille monebat. Terẽ. Vides tu illũ thays. Ipse uero p se solum ꝓlatum/relatiuũ est. Virgi. Ipse arduus altaq; pulsat sidera. Si autem cũ aliis positis/aut etiã p eclipsim subauditis iũgitur: eorũ accipit significationẽ. Virgi. Ipse ego paulisper ꝓ te tua munera inibo. Figurate tamẽ/uel discretiõis/uel significãtię causa/primę uel secũdæ ꝑsone adiungiť: & ꝓ eorũ casibus sepissime ponitur. Vir. Ille meas errare boues ut cernis & ipsum: idest me. Idẽ alibi. Vnus abest ĩ medio influctu quẽ uidimus ipsi: idest nos.

Quot sunt ꝓnomina demonstratiua? Septem: meus: tuus: suus: noster: uester: nostras: & uestras. Quorũ tria deriuantur a prima ꝑsona: unũ scilicet meus a genitiuo singulari primitiui: & duo a plurali/noster/& nostras. Tria uero a secũda ꝑsona: tuus a genitiuo tui/penultima correpta: sicut in primitiuo: uester & uestras a genitiuo uestrũ uel uestri. Suus sua suũ quod solũ a sui tertia ꝑsona deriuať itrinsecus: ut & primitiuũ suũ/tã genera/ꝙ nũeros

confundit: ut suus / illius: & suus illorũ. Extrinsecus distingunt ea quibus adiungũtur: ut meus seruus: mea ancilla: meũ mancipium. Cętera uero genera solum.

Q uot sunt pronomina possessiua? Quinq;/ meus / tuus / suus / noster / & uester.

Q uot psonas significant pnomina possessiua? Duas: possessoris itrinsecus: & possessionis extrinsecus: in qua & genera / & casus / & numeros: & intrinsecus quidem pprii loco fungũtur. Extrinsecus uero appellatiui.

Q uot pnomina habent uocatiuũ? Quattuor: tu: meus: noster: & nostras: ut / o / tu. Teren. O mea tu / o / mi / mea / meum / o / noster nostra nostrum: & / o / nostras.

Q uot sunt psonę pnominũ? Tres: prima: secũda: & tertia. Quarũ prima / tam secundã / q̃ tertiã concipit. Secũda uero solum tertiã: ut ego & uos & illi facimus: tu & illi facitis.

C uius psonę sunt pnomina primitiua? Ego est psonę primę: & reliqui casus sequentes. Tu est personę secundę: & eius obliqui. Tertię uero sunt / ille / iste / ipse / hic / is / & sui quod nominatiuo caret: sicut ἑαυτὴ apud græcos.

Q uot sunt genera pnominũ? Quinq;: masculinũ ut hic: fęmininũ ut hęc: neutrũ ut hoc: cõe duũ generũ: ut nostras / uestras: quorũ pfecta erãt / nostratis / & uestratis: ũde & neutrũ nostrate. Notandũ q possessiua nõia ascendẽtibus nõ adiũgunẽ: nõ eni dicimus hectoreus pater: frater uero uel seruus dicimus. Pronomia uero adiũgunẽ: ut pater meus. Sciendũ est q ego & tu / & gẽitiuo sui quoniã genera nõ discernũt / inequalẽ habent declinationẽ. Aliã uero distinguẽtia genera / equalem habent.

Q uot sunt figurę pnominũ? Due: simplex / & composita.

Q uot pnomia cõponũẽ p nõiatiuos? Tria / iste / hic / & is. Sed is cũ aduerbio demũ cõponiẽ: & facit idẽ p apocopẽ: & significat isdemũ: hoc ẽ iterũ is. Et masculinũ quidẽ hẽt. I. pductã: neutrũ uero correptã. Virg. Idẽ ambas ferro dolor atq; eadẽ ora tulisset. Iuuen. ĩ primo. Et tamẽ alter si fecisset idẽ eadẽ & sub indice morũ,

& nõiatiuus quidẽ tã masculini/ꝙ neutri: & accusatiuus ex duo bus corrupti sunt. Cęteri uero casus ex integro & corrupto iue niunť. At eadẽ/eiusdẽ/eidẽ/iidem/aedẽ/& isdem: itaq; p duo. ii. uel p. e. ac. I. regula exigit scribi/tã nõiatiuũ puralẽ masculini/ꝙ datiuũ & ablatiuũ plurales. Solẽt tamẽ auctores etiã p synere sim unã. I. ponere ꝓ duabus. Et sciendũ ꝙ ĩ neutro geminať cõ positio: & dicimus idẽtidẽ. i. idẽ & idẽ: cuius obliqui deficiunt. Iste & hic cõponunť p eos casus solũ qui in. c. desinũt: absq; da tiuo: ut istic/istec/istoc: quæ tamẽ p metaplasmũ uidẽtur ꝓferri. Vnde nec aspirationẽ seruant: ut/illic/istic. In his autẽ aduerbiis ponit aspiratio: adhuc: abhinc: dehinc. Notandũ ꝙ. met. & te. breues syllabæ discretiõis causa plerũq;/uel significãtiæ p figurã quã græci uocant ἐπέκτασιν: uel παραγωγην: assumũt in ꝓno minibus. Similiter. pte. &. te. sed. te. cũ nomiatiuo solum secũdę psonę: ut tute. Cicero ꝓ murena. Quicꝙ cũ admoneris tamẽ ꝗsi tute noris ita & salutas. Inueniť etiã tutemet. Lucretius ĩ primo Tutemet a nobis iã quouis tẽpore natũ. Met cũ oibus primę & secũdę psonę casibus: pręter ntiuũ & uocatiuũ sigulares secũdæ uerbi differẽtię causa. Dicimus. n. ĩ ntiuo & utiuo tãtũ tutemet: ne tumet uerbũ eẽ uidereť: & gẽitiuũ puralẽ utriusq;: nosmet: & nobismet: uosmet & uobismet. Cicero de domo sua. Nobismet ipsis põtifices. Terẽ. Egomet rapui. In tertia quoq; psona tripar tito/ suimet/sibimet/semet/ meme/sese. Accusatiuus & abltiuus geminatione sui compositus/ utraq; producta/& acuto accentu ꝓlatus: quod ĩ aliis casibus fieri nõ solet. Ce. quoq; per omnes casus/articularibus addebãt uetustissimi: ut hicce: hæcce: hocce. Vnde hoc quasi duabus sequentibus. cc. cõsonantibus produ cit Virgilius. Hoc erat alma parens ꝙ me per tela per hostes eri pis. Nam in antiquissimis codicibus ĩuenitur. cc. bis scriptum. ut Hocce erat alma parens: & cętera. Terẽ. Hoccine est credibile aut memorabile factum. Nũc uero his casibus eorũdem prono minũ frequenter causa euphonię addunt. ce. qui in. s. desinũt: ut huiusce/ hosce/ hisce. Nec solum poetę: sed etiam oratores hic

antedictis utuntur adiectionibus. Cicero in ſecundo uerrinarũ. Hoſce ego non tam multis acres/ q̃ inficiatores lentos eſſe arbitror. Quod & ꝑ nominatiuo plurali protulerunt antiqui iterpoſita. s. Terentius. Hiſce hoc munere arbitrantur ſuam thaydem eſſe. Item illicce/ unde illic quaſi apocopa. Teren. Illic eſt huius rei caput. In fine ſeruat accentum: illiuſce: iſtiuſce: illucce: iſtucce ueteres dicebant. Teren. Illanctine mulierem alere cum illa familia. Pte. uero ſyllaba/ quinq; ſolũ ablatiuis aſſumitur: ut meapte tuapte/ ſuapte/ noſtrapte/ & ueſtrapte. Eccum/ eccam/ eccos/ eccas ellum/ pronomina ab ecce compoſita ſunt: & per eclipſim utplurimũ proferuntur. Intelligitur enim/ cerne/ uel aſpice. Nobiſcum cum prępoſitione euphonię cauſa compoſitum eſt: & ꝓpter hoc reliquarum quoq; perſonarum ablatiuos ſimiliter proferre cęperunt. Mecum/ tecum/ ſecum/ nobiſcum/ uobiſcum: in quibus antiquiſſimi etiam præpoſitionem anteponebant: ſicut & cum quibus: & quibuſcum. Totidem/ & tantũdem: cuius genitiuus ſolus ex obliquis in uſu iuenitur. Terentius. Tantidem emptam. non ſunt pronomina: ſed nomina. Similiter cuia/ infiniti poſſeſſiuum/ ſicut & ſuum primitiuũ nomen eſt. Quãuis cum intereſt & refert uerbis/ pro genitiuo primitiui i ablatiuo: ſicut mea/ tua/ ſua/ noſtra/ & ueſtra/ ponitur. Cicero pro Vareno. Eacides ſi potiſſimum crimini datur: detur ei cuia interfuit. Cuius gentile nõ ſolum cuias: uerum etiam cuiatis cõmuni genere ꝓferebant.

Cum quibus dictionibus componuntur pronomina? Cum nominibus: & tũc ſunt nomina: ut huiuſcemodi: totidem: tantũdem. Cum ꝓnominibus: ut iſtic/ illic. Cum aduerbiis: ut eccum. Cum prępoſitione ſecundum Donatum: ut mecum: ut apparet ſupra.

Quot ſunt numeri pronominum? Duo: ſingularis ut ego: pluralis ut nos. Et prima quidem & tertia perſona/ uocatiuum habere non poſſunt: pręter primę perſonę poſſeſſiuum: quod cum ſecundæ quoq; perſonę poſſit adiungi: habent uocatiuũ non poſſeſſoris: qui intrinſecus in prima perſona/ ſecundum genitiuum primitiui intelligitur. Sed poſſeſſionis. Terentius. Pater mi. Idẽ

O mea tu. Idem. O mea thays. Idem. O noster demea. Nostras
quoq; gentile/eundem habet nominatiuum & uocatiuum. Alia
uero pronomina quæ secundæ personæ adiungi non possunt:
carent uocatiuo.

Quot sunt casus pronominum? Quot unũquodque pronomen
natura siue usu sibi sortitum est. Alia enim sunt monoptota: ut
istec/ eccum/ eccam/ ellum: mecum/ tecum/ secum/ nobiscum/ uo
biscum/ suapte: & siqua sunt alia. Alia triptota: ut sui/sibi/se/me
um/tuum/suum/ nostrum/ uestrum. Alia tetraptota: ut tuus/ su
us/ illud/ istud. Alia pentaptota: ut iste/ille. Nam exaptota nõ
inueniuntur. Quoniam prima persona & tertia plurales quinq;
casibus habere non pssunt. Quippe cũ uocatiuus qui in eis nul
lo modo possit inueniri/ proprius est secundę.

Quot sunt modi declinationũ in pronominibus? Quattuor: pri
mus: secundus: tertius: & quartus.

Quot sunt pronomina primi modi? Tria: ego: tu: & sui quod ca
ret nominatiuo: ut dictum est.

Quomodo exit in genitiuo primus modus? In. I. uel in. is. ut
ego/mei/uel mis: tu/tui/uel tis: & sui. Sis autem non dicitur dif
ferentiæ causa sis uerbi substantiui: & ad imitationem græcorũ:
his quoque utimur duplicibus genitiuis pronominum. Apud
illos enim ἐμου & εμουσ dorice σού & σουσ: & οὑ & ουσ di
ci solet. In ουσ autem desinens genitiuus solet apud nos in. is.
diffiniri: ut Δημοσθενοῦσ demostenis. ἑρμογένοῦσ hermogenis
In ὗο uero in. I. ut πριάμοῦ priami: κῦρου cyri. Sic ego ἐμού: σοῦ
οὗ: mei: tui: sui: ἐμοῦσ σοῦσ οὗσ: mis: tis: sis. Sed propter an
tedictam causam est tertię huiusmodi genitiuus. Deinde dorici
conuertunt οὗ diphthongon in εὗ: ut εμου ἐμεῦ: & ἐμεθεν σέ
σθεν addita σθεν dicunt. Vnde Theocritus φράξεό μεῦ τὸν
ἔρωθὄσθεν ικετο ποτνα σελάνα.

Datiuus exit in. I. ut mihi/ tibi: sibi. Accusatiuus facit me: te: se.
Vocatiuus/o/tu. Ablatiuus a me: a te: a se. Et pluraliter nomi
natiuo nos/uos: genitiuo nostrum uel nostri: uestrũ uel uestri:

sui. Datiuo nobis: uobis: sibi. Accusatiuo nos: uos: se. Vocatiuo/o/uos. Ablatiuo a nobis: a uobis: a se. Notandum ꝙ in ꝓnominibus ex primis syllabis personę intelliguntur: ab extremis casus & numeri: necnon etiam in possessiuis genera.

S ecundus modus est qui genitiuum singularem in. ius. terminat Et declinantur hoc modo quinque pronomina/ hic/ iste/ ille/ is ipse: quod ipsus dicebatur. Quorum fęminina/ hęc/ista/ illa/ ea ipsa/ faciunt neutra: hoc/ istud/ illud/ id/ ipsum.

G enitiuus in. ius. omnium generum cõmunis est: & producit. I. quam tamen poetę etiam corripiunt.

D atiuus similiter trium generum est: & fit a genitiuo remota. us. Hinc solum assumit. c. differentiæ causa hui interiectioni. Reliqui uero casus/ tam in singulari/ quã in plurali: secundum regulam mobilium nominum declinantur: ut illius/ illi/ illum/ illam illud: ab illo: ab illa: ab illo. Et in plurali illi/ illę/ illa/ illorum illarum/ illorum: illis/ illos/ illas/ illa/ ab illis. Sicq; cętera eiusdẽ formę/ tam pronomina/ q̃ nomina se habent.

Q uot nomina secundo modo pronominis declinantur? Octo: quinq; in. us. desinentia: unus: totus: solus: alius: ullus: a quo diminutiuum ullus: & ab eo nullus: sicut a uino uillum. In. er. duo: uter/ & alter: & ab eis composita: uterque: alteruter: neuter. In. is. uel in. I. unum: quis/ uel qui: & quæ ex eo componũtur. Quæ etiam secundum mobilium nominum regulam uetustissimi terminabant genitiuos & datiuos. Terẽtius. Tam iners tam nulli consilii: pro nullius consilii. Idem alibi. Dum loquitur alterę: pro alteri. Idem. Solę mihi ridiculo fuit: pro soli. Et cuicuimodi: pro cuiuscuiusmodi. Cicero pro Sexto rostio. Vereor enim cuicuimodi est roscine: ita hunc uidear seruare/ ut tibi omnino non pepercerim. Cum igitur iuniores frequentius ante dicta nomina/ secundum formam pronominũ in. us. terminantium declinauerunt: in uno ex eis potius nominum declinationem sequũtur. Neuter/ neutri/ neutro/ dicentes: cum apud ueteres etiam in. ius. secundum simplicis sui declinationem inue

niatur in genitiuo/& in datiuo. Plautus. Neutri ridebo doni cum res diiudicata sit. Horum fęminina sunt/ una/ tota/ sola/ alia/ulla/altera/utra. Neutra uero faciunt/unum/totum/solũ ullum/alterum/utrum. Duo tantum in. d. finiunt: quis/quid alius aliud. Quorum genitiui unius/totius/solius/alius/ulli us/utrius: & producunt/& corripiunt penultimam in metro. alterius uero semper corripit. Apud uetustissimos quis cõmu nis generis inuenitur. Plautus. Dic mihi si audes quis ea est quam uis ducere uxorem. Terentius. Hunc oculis nostrarũ quisquã non uidit phedria. Et obliquos casus non solum se cundum declinationem secundam: sed etiam secundum terti am declinabant. Vnde nunc quoq; accusatiuus in. m. desinit Dicimus enim quem/quam/ quod/uel quid. Similiter ablati uus in. I. trium generum/secundum tertiam est. Dicimus enĩ a quo/uel a qui: a qua/uel a qui: a quo/uel a qui. Virgilius. Ec cam ex ęqualibus unam qui cum partiri curas: pro qua cum. Item nominatiuus & accusatiuus plurales apud eosdem uete res in. es. cõmunes duum generum inueniuntur: ut qui/quæ/ uel ques: quos/quas/quę/uel ques. Plautus. Ques sunt isti? Cato. Quescũq; romę regnauisset. Datiuus uero & ablatiuus nunc quoq; tam per. is. q̃ per. bus. profertur: ut quis uel qui bus. Ad hoc sciendũ ꝙ qui/quãdo interrogatiue/ uel infinite pro quis ponitur: circũflectitur. Quando uero relatiue per se acuitur. In lectione uero grauatur. Similiter obliqui casus ge neralem accentuũ regulam seruant: quando sunt infinita/uel interrogatiua. Cum uero relatiua sunt: acuuntur per se: & in le ctione grauantur ꝑ omnes syllabas. Antiqui alis quoq; pro alius nominatiuo protulerũt: genitiuus ꝓducit alius semper & est raro in usu. Alii uero genitiuus/quod est mirũ etiam in fęminino genere a quibusdam prolatum ẽ. Cęlius. Antequã barca periret alii rei causa. Datiuus tam singularis/q̃ pluralis in hoc modo/una syllaba excedit̃ a genitiuo singulari. Vnde huic/cui/ei/monosyllaba sunt accipienda. Ei tamen differẽtię

causa ne interiectio putetur: plerūque bissyllabum inuenitur. Similiter in nominatiuo & datiuo pluralibus: ut ei uel. ii. uel iis. huic/ & cui rarissime bissyllaba inueniuntur. Statius in primo per dieresym syllabarū protulit. Lętus huic domo uideas dare iure nepotes. Terentius. Verum ut cuiq; est proximitas locis oriri. Est enim sotadicum ex duobus ionicis a maiore & tribus trocheis. Hibus ēt ꝑ his ātiqui ꝓtulerūt. Plaut. ĩ curgu liōe. Eodē hercule uos paro & expono parissimi estis hibus.

Tertius modus declinationis pronominum est: qui per omnia sequitur mobilium declinationem nominū secundę declinationis. Et declinantur hoc modo pronomina quinque: meus/ mea/ meū: tuus/ tua/ tuū: suus/ sua/ suū: noster/ nostra/ nostrum/ uester/ uestra/ uestrū. Sed noster & meus quæ possunt transire in secundam personam/ habent uocatiuum. Notandū tamen ꝙ meus cū secundū regulam uocatiuū deberet facere/ o/ mee: euphonię causa duas. ee. breues in. I. longā cōuertit. Teren. O mi ęschine/ o/ mi germane. Idem. Heu parmeno mi nostin.

Quartus modus pronominis est: qui per omnia sequitur tertiā declinationem nominū: ut nostras/ nostratis: cuius nominatiuus ideo circūflectitur in extrema: quoniā per syncopā ꝓferē. Vetustissimi enim similem genitiuo nominatiuū proferebāt. Notandū ꝙ interrogatiua/ infinita/ abnegatiua/ distributiua/ relatiua/ quando carent demōstratione: carent etiam casu uocatiuo: ut quis/ qualis/ talis/ alius/ nullus/ alter/ uter/ bini/ terni: & similia.

DE PREPOSITIONE.

Quid est prępositio? Est pars orōnis indeclinabilis/ quę pręponitur aliis partibus orōis/ uel appositione/ uel cōpositione.

In quo loco habent accentum præpositiones? In fine acutum tam apud græcos/ q̄ apud latinos: qui tamen cū aliis legēdo in grauem conuertitur: nisi prępostere proferantur. Quod eoles quoq; quāuis fugiant in fine acutum: hac parte solent seruare: quos in plerisq; imitati/ in hoc quoq; sequimur. Cū uero

pręposterę monosyllabę ponanť:acuto. Dissyllabę ãt penultimo acuto pferűť:nisi aliq̃ differẽtia ipediat:ut maria oia circű apud Maronẽ in primo ęnei. Finalẽ enĩ acuimus syllabã:ne si penultimã acuamus/nomẽ uel aduerbiű eẽ puteť. quoniã prępositões cű ordinẽ mutãt:mutãt etiã accentű:nisi differẽtia p hibeat:ut dictű ẽ. Quod ẽt cõiunctiões apud latinos prępositiuę/uel cões si postponanť facere solẽt: ut igiť:quoniã: saltẽ. Prępositiuę enĩ prępositões grauanť oibus syllabis:postpositę autem acuűtur in principio.

Quot modis ponunť prępositões? Quattuor:sepate:cõiuncte: cõposite:& apposite. Prępositões sepate acuunť:cõiűcte uero casualibus/aut loquelis uim suã sępe cõmutãt:& graues fiűt. Cõposite quidẽ tã in ntiuo/q̃ i obliquis casibus: ab eo ntiuo cõposito flexis iueniunť: ut idoctus/idocti/idocto/ idoctum idocte. Apposite ãt nõ nisi actiuo/uel ablatiuo iseruiűt: ut in hostẽ p patria. Cű uerbo semp in cõpositione:ut iduco:extorqueo:pcurro. Cű pticipiis i cõpositõe quidẽ secundű uerborű figurã/ex quibus nascűť:ut idicẽs:extorquẽs:pcurrẽs. Et per appositionẽ actiuo & ablatiuo/secűdű nõia: ut i amantẽ: pro amãte. Pronõibus uero p appositionẽ solã pręponiť duobus obliqs:ut i illű:de illo. Et sibi ẽt pręponiť in cõpositiõe:ut im pterritus:iexpugnabilis. Itẽ cõiunctõi quoq; iueniť prępositã sed nõ seruat uim suã:ut absq;. Similiter aduerbiis prępon itur per cõpositionẽ: ut pinde:deinceps:dehinc: abhinc. Itaq; nomini & p appositionẽ/ & p cõpositionẽ coniűgiť. Pronomini uero per appositionẽ solam:ut dictű est. licet quibusdã/mecű tecű/secű/nobiscű/ & uobiscű composita esse uideanť. Participio uero p deriuationẽ uel cõsequẽtiã cõpositorű uerborű uel p appositionẽ. Cęteris aűt ptibus p solã cõpositionẽ prępositio iungitur. Sciẽdum q̃ prępositiones tam pro aduerbiis/q̃ pro coniunctionibus inueniuntur:ut propter:ob:ut pp̃ter te hoc feci.i.tui causa. Virgil. Te pp̃ter libyce gentes numadűq; tyrãni. Idem. Cuius ob augurium infaustű moresq; sinistros.

Itẽ prępositões alie sunt monosyllabę: alie dyssyllabę: alie tris syllabæ. Et notandum ꝙ præpositiones monosyllabæ, rarissi me prępostere proferuntur. Terentius. I. pręsequar: nisi cum. Ea enim sola, tam apud poetas, q̃ apud oratores præpostera cum pronominibus ponitur: ut apparet supra. Mecum, tecũ, secum, nobiscum, & uobiscum. Item quocum, quicum, quacũ quibuscum. Medię quoq; repperiuntur: ut quadere: quãobrẽ quasobres: quaiparte.

Q uot accidunt præpositioni? Vnum: quid? casus tantum.

Q uot casus? Duo: accusatiuus & ablatiuus. Apud grçcos uero tres: genitiuus: datiuus: & accusatiuus. Quos imitatus est Virgilius in tertio georgicorum. Et crurum tenus a mento pa learia pendent.

D a prępositiones seruientes accusatiuo? Ad: apud: ante: aduer sum, uel aduersus: cis: citra: circum: circa: circiter: contra: erga: extra: inter: intra: infra: iuxta: ob: pone: per: prope: propter secundum: post: trans: ultra: præter: supra: usq;: secus: penes.

D a præpositiones seruientes ablatiuo? A. ab: abs: cum: coram: clam: de. e. ex: pro: prę: palam: sine: absq;: tenus.

D a prępositiones seruientes utriq; casui? In. sub: sup: & subter.

Q uot sunt prępositiones quę non inueniunt̃ nisi in compositi one? Sex: quę? Di. dis: re: se: an: con.

Quare iungũtur per appositionẽ accusatiuo, & ablatiuo, & non aliis casibus? Quia accusatiuus & ablatiuus cum uim transi tiuam habeant, recipiũt separatas prępositiones. Separate enĩ semper transitionẽ ab una ad aliam personam significãt. Ideo nominatiui casus per appositionẽ non recipiũt prępositiões: quia intransitiuã habent elocutionem.

A d. tam in appositione, q̃ in compositione repperitur. Nam ali quando significat proximitatẽ: ut accurro: assideo: adurbem idest iuxta, uel apud urbem. Aliquãdo accipitur pro coniun ctione causali: ut ad quid fecisti: idest cuius causa. Aliquãdo ẽ similitudinis: ut accõmodatus: adequatus: adsimilis: adun

guem. Ponitur etiam pro contra: ut ad illum mihi pugna est: idest contra illum. Aliquando significat additionem. Interdũ refertur ad tempus. Salustius in primo historiarum. Ad bellum persii macedonicum numero adquinquaginta milia. Aliquando ad personas. Virgilius. Ad te confugio: & supplex tua numina posco. Aliquando ad locum. Virgilius. Prima quod ad troiam pro caris gesserat argis. Item in compositione/modo intentiua: ut approbat. modo ad personam: ut alloquitur/arridet.

Apud. unam habet significationem in loco: ut apud romam. Adiungitur tamen etiam personis: ut apud amicum: apud romanos. Et significat παρά cum locum demonstrat. In compositione uero nunq̃ inuenitur.

Ante. & componitur/& separatur: ut antepono: ante domum. Et interdum est localis: ut anteeo. Aliquando est temporalis: ut ante annum. Inuenitur etiam sine casu loco aduerbii. Et accipitur pro antea: quod est apud græcos πρότερον. Virgilius. Ante pererratis amborum finibus exul. Idem in tertio. Ante & trinacria lentandus remis in unda. Idem alibi. Ante iouem nulli subigebant arua coloni. Hic præpositio est: quia iungitur suo casui. Hinc deriuatur antiqus. a. um. unde antiquarius.

Aduersum/uel aduersus/ponitur aliquando pro apud: ut aduersum te habeo gratiam: idest apud te. Cum uero significat contra/& præpositio est: ut aduersum hostem. Et aduerbium esse potest. Sciendum ꝙ aduersum ideo præpositio esse putatur: quia pro ἐπί græca præpositione aliquando poni solet. Terentius. Idq; aduersum te gratum fuisse habeo gratiam. Cum uero τόεν αντίοσ significat/potius aduerbium est q̃ præpositio. Terent. Ei loco exaduersum tonstrina erat quędam.

Cis. & componitur & separatur: & potius localem habet significationem: ut cisalipina gallia: & cis rhenum: cis padum. Possumus etiam per translationem/& in tempore/& in aliis rebus ea uti: ut cis diffinitum tempus: sicut ultra diffinitum: uel cis naturę leges: uel ultra naturę leges. Hinc deriuatur citra.

C itra nunquã componitur: & pene eandem habet significationẽ quam. cis. Nam ad locum refertur. Sed. cis. propriis nominibus fluminum uel montium solet præponi: ut cis arnum: ut supra dictum est: cis alpes. Reliquis uero potius citra: ut citra cruorẽ: citra saniem: citra forum. Et a cis deriuatur citra: ut dictum est. A citra uero oritur citer/citerior/& citimus: teste Capro. Cato de agna pascẽda. Citer agnus alligatus ad sacra erit. Vtriusq; tamẽ interpretatio apud gręcos aduerbium est.

C ircum quando περί significat/ præpositio accipitur/ tam in compositione/ quam in appositione: ut περιφέρω circumfero περίτο ὄροσ: idest circum montem. Quando uero πέριξ demonstrat: aduerbium est locale. Virgilius. Anna uides toto properari littore circum. Et quando postponitur: habet accentum in fine: ut dictum est. Hinc oritur circiter: quod est apud græcos περιφερωσ.

C irca quoque περί significat/ cum ponitur pro iuxta: ut circa forum: circa templum: circa uiginti annos. Et nunquã præpositiua componitur. Postposita tamen inuenitur apud Virgilium: post ablatiuum: & tunc accipitur pro coniunctione causali. Virgilius. Quocirca capere ante dolis & cingere flamma Reginam meditor. Interdum ei præponitur circum: ut circũcirca dicimus: quod Donatus his uerbis affirmat. Aut præpositio: aut uerbũ præcedit: ut perfero. Aut aduerbium: ut expresse. Aut participium: ut præcedens. Aut coniunctioni: ut absque. Aut seipsam: ut circumcirca. Et hoc fit quando ἀμφϊ περϊ significare uolumus: ut apud Hesiodum ἀμφϊ περι κρήμνον.

C irciter pro iuxta accipitur: ad tempus tamen solum pertinet: ut circiter kalendas ianuarias: circiter nonas: & eiusmodi.

C ontra componitur & separatur: cum κατά: uel ἀντι significat: & tunc proprie est præpositio: ut contra adulterium dico καταμαχὸυ λέγω: idest contradico: contrapono: controuersia. Cum uero ponitur sine casu: aduerbium est. Virgilius. Contra non ulla est oleis cultura. Iuuenalis. Stat contra starique iubet.

hinc oritur contrarius/contraria/contrarium.

Erga etiam περί significat: & separata solum inuenitur: & affectũ demonstrat: ut bonus erga propinquos.

Extra quoq; quod significat τοἔκτοσ apud grecos est aduerbium deriuatum a prępositiõe. ex. tam apud illos/q̃ apud nos Nostri autem ideo nõ solũ inter aduerbia: sed etiam inter præpositiões acceperunt: quia & sine casibus uerbo adiũgitur: & prępositum casualibus grauatur: ut extra muros: extra męnia. Persius. Pinge duos angues pueri sacer est locus extra meite. Teren. Extra unam aniculam. Nec tamen est mirum si. extra. loco præpositionis accipitur: cum. ex. quoq; in quibusdam dictionibus ꝓ extra sepissime ponitur: ut exlex idest extra legem: exul idest extra solum: exterminatus: exspes: exeo idest extra eo. Et sciendum ꝙ. extra. ꝑ appositionem solam/aliis iungitur partibus orõnis: & ex eo deriuatur/extraneus/externus.

Inter componitur & seponitur/& separatur: ut internũcius: iterca pedo: interuallum: interpres: cuius simplex idest pręs/nõ est in usu: inter amicos: inter muros. Interdum ponitur pro aduerbio significat enim τόμεταξύ. Nec solum casualibus pręponiẽ apud nos/& grauatur/quod suum est prępositionis: sed etiam uerbis potest adiungi: & penultima acui: ut si dicam. Tu dextrorsum ego sinistrorsum: & ille currit inter. Sicut autem a sub deriuatur subter: & a cis citra: & ab ex extra: a pre quoq; preter: & a prope propter. Sic ab. in. nascitur inter: a quo interea: unde interealoci.

Intra quoq; quod uidetur ab. in. deriuatiuum: ponitur quãdoq; pro aduerbio: & significat τοἔντοσ: quod est aduerbium apud græcos. Lucanus in quinto. Intra castrorum timuit tentoria ductor. Cuius contrarium est τοἔκτοσ: idest extra. Quomodo autem inter & intra deriuantur ab. in. Sic etiam intus & intro: quæ semper ponuntur pro aduerbiis: sicut foris/& foras: & casualibus nunq̃ apponuntur. Differunt tamen inter se: dicimus enim sum itus/& eo intro. Ter. Vos istec intro auferte: & sum foris/& uenio foras. Et ab itra oritur intrisecus/& iternus: ab extra uero

extrinsecus/& externus/extraneus: & uerbum intro intras.

I nfra etiã ab.in.deriuat̃: & frequẽtissime prẹponit̃ casibus: & grauat̃. Teren. Ego te esse infra oẽs infimos puto. & quãdoq; significat τόκάτω quod ẽ aduerbiũ apud grẹcos. hinc deriuat̃ iferus & ifernus/iferior/ifimus. Et sciendũ ꝙ oĩa aduerbia locorũ quæ possunt casibus prẹponi/ideo inter præpositiões enumerantur: quia sepissime iueniunt̃ huiusmõi aduerbia/ loco præpositionũ accepta: uel loco eorum præpositiones positẹ: ut intra uiscera: ꝓ in uiscera: & absq; lesione: pro extra lesionem: & in adulterium: ꝓ contra adulteriũ: & sub terram: ꝓ infra terram.

I uxta ꝓ aduerbio quoq; repperit̃: significat enĩ τόπλησίον τόεγγύσ quod apud grẹcos aduerbiũ est. Salustius. Eorũ ego uitam mortẽq; iuxta existimo. Quoniã loco ꝓpe siue ꝓpter fungitur. Quæ quidẽ quia casum sequitur: ideo latini inter prẹpositiones posuerũt: ut iuxta templũ: iuxta altare: & eiusmodi.

O b tam in appositiõe/q̃ in cõpositiõe uim obtinet Διά grẹcẹ præpositionis: quæ ꝓ causali cõiunctione accipitur: ut ob hospitiũ: idest causa hospitii. Virgil. Cuius ob auspiciũ infaustũ moresq; sinistros. Interdũ ponitur loco pro. Virg. Haud quaq̃ ob meritũ idest ꝓ merito. In cõpositione uero significat contra/uel circa: ut obuius: occurro: oppono: obiicio. Aliquãdo ponitur ꝓ circum: ut obumbro/obambulo.

P one significat post/uel retro: & ꝓ prẹpositione/& ꝓ aduerbio accipi potest: ut pone tribunal: prẹpositio ẽ. Et pone subit cõiunx apud Maronem/aduerbium est.

P er cõponit̃ & separ̃: & in appositõe significat Διά grẹcã localẽ: ut p forũ/p urbẽ. Vir. Circũ pq; duas i morẽ flumis arctos prũpor. Sciendũ aũt ꝙ oĩa localia possunt etiã eadẽ eẽ tẽporalia: ut p mediũ forũ: & p mediũ diem. Necnõ etiã aliis rebus possũt adiũgi: ut p uirtutẽ fio laudabilis: i quo q̃si locus laudis ostẽdit̃ fuisse uirtus. Interdũ ẽ aduerbiũ iurãdi: in quo uim obtinet πρόσ grẹce: quæ apud illos quoq; i iureiurãdo accipit̃: ut πρόσ τοῦΔίοσ idest per iouem. Virgilius. Per qui te talem genuere parentes.

In compositione autem significat pfectionem rei: ut peroro/pficio/perseuero. Aliquãdo ponitur ꝓ aduerbio ualde: ut pbreuis: plongus. Terẽtius. Per ecastor scitus puer natus est hodie pamphilo: idest ualde scitus. Aliquando significat abnegationem: ut perfidus/periurus.

Prope prępositio est. Virg. Est ingens gelidum lucus ꝓpe cerritis amnem. & aduerbium. Terẽtius. Prope adest cum alieno more uiuendum est mihi.

Propter prępositio ẽ/cum ponitur ꝓ iuxta: ut ꝓpter fluuiũ: idest iuxta fluuiũ. Virg. Siue padi ripis athesim seu ꝓpter amęnũ. Aliquãdo ponitur ꝓ cõiunctiõe causali: ut ꝓpter te: idest causa tui. Virgi. Te ꝓpter libycę gentes numadũq; tyranni.

Secundũ quando ponit̃ ꝓ κατά & μετά pręposition ẽ: ut secundũ narrationẽ: idest iuxta narrationẽ. Salustius ĩ iugurtino. Secũdũ ea uti deberis uterer. Lucanus ĩ. viii. Secundũ emathiã lis tanta datur. Cicero lib. v. epistolarũ ad Len. Duo uulnera/alterũ in pectore/alterũ in capite secundũ aurem: idest iuxta uel post.

Post & cõponit̃/& sepatur: & significat μετά græcã prępositionẽ: & hoc fit cũ potius ordinẽ/siue loci/siue tẽporis/siue cuiusq; alius rei: ut post mortẽ. Vir. Post mortẽ oppositũ: post multũ tẽporis: & post pietatẽ utilitas ponẽda est. Ponit̃ etiã loco aduerbii. Teren. Post faciet tamẽ: ꝓ postea. Virg. Lõgo post tẽpore uenit. Idem in. vi. Ille admirans uenerabile donũ. Fatalis uirgę longo post tempore uisum. A quo fit posterius/& postea.

Trans quoq; & componitur & sepatur: ut transfero: transueheo: transpadum: transtybrim. Interdũ tamen in compositione amittit. n. ut traduco: trado: traiicio: trano. Et in cõpositione significat/uel per: uel ultra: uel sup: ut Διακομίζω trãsueheo παραδιδώμι: idest trado. ὑπεραίνω. i. transgredior. Salustius. Cõmune habitũ trãsgressus: ꝓ supgressus. Aliquãdo ponit̃ ꝓ aduerbio & πέραν significat ꝙ aduerbiũ. Aliquãdo est sepata: ut πέραν τησ θαλάσσησ. i. trãsmare. Sciendũ ꝙ omnes monosyllabę pręppositiones/tam accusatiuo/quã ablatiuo casui seruientes: & componi

& separari possunt. Excepta cum: pro qua con in cōpositiōe semper iuenitur pręposititua/eandem significationē habens: quam cum prępositio: ut concurro/conficio/& eiusmodi.

V ltra prępositio ē: ut ultra montes: ultra alpes. Salustius in iugurtino. Mauriq; uanū genus ut alia africę cōtendebāt: antipodas ultra ęthiopiā cultu psarū iustos & egregios a gente. Aliquādo est aduerbiū: ut lego assidue nihil ultra faciens.

P ręter prępositio est: ut oēs pręter te lectionibus interfuerunt. Aliquādo ponitur pro iuxta/& ppe. Virg. Pręter uada feruida uexit. Et deriuatur a pre: unde pręterea.

S upra prępositio est: ut supra montē. Virg. Olli ceruleus supra caput astitit imber. Aliquādo est aduerbiū. Salustius i iugurtino. Pauca supra repetā. Et sciendū q pleraq; secundū rationem græcorū inter aduerbia ponūtur: ut dictum ē: uidelicet/supra/infra/extra/pone: & huiusmodi alia. Tamē quia sepissime casibus pręponūtur: & grauant more prępositionū: & loco sepe gręcarū accipiūtur: inter prępositiōes ponūtur: ut ὑπέρ τόν ὀυρανόν: idest supra cęlum ὑπό τήν γῆν: idest infra terram.

V sq; prępositio est: & pro aduerbio quoq; sepissime ponitur.

S ecus prępositō ē: & significat itra: & aliquādo pro aduerbio ponitur

P enes significat prope uel iuxta: & significat possessionē quandā ut liber meus est penes: idest in tua potestate.

P ridie quoq; more prępositōis accusatiuo iungitur: ut pridie kalendas ianuarias: pridie nonas: pridie idus. Dicimus etiam pridie eius diei: nec nominibus apponitur.

Monosyllabę præpositiones quæ ablatiuo casui seruiunt dūtaxat sunt hę: uidelicet. A. ab. abs. e. ex. de. pro. pre. cum. Addūt etiā clam: quod apud græcos aduerbiū est. Dissyllabæ autē/coram/palam/sine/absq;/tenus. Quarum omniū interpretatōnes apud græcos aduerbia sunt. Vnde latini eiusmodi dictiones/ut supra dictū est: cum pręponūtur casibus accusatiuis uel ablatiuis/per transitionē personarū/inter præpositiones accipiunt: & grauantur omnibus syllabis. Cum uero uerbis iunguntur: & intrāsitiuę sunt

& generalem seruant accentuū rationē: inter aduerbia numerāt: & tunc ea nominatiuo/uel pręponi/uel supponi potest: ut legit cicero & ultra nihil facit: uel ultra cato facit q̃ cicero. Sine tamen & absq;/& tenus/non iueniunť nisi cum ablatiuo: & semp transi tiue. Virgil. Haud quicq̃ mihi dulce meorum Te sine frater erit. Nam suū est aduerbiorū/intransitiue posse proferri: & omnibus etiam casibus adiūgi: ut nō bonus ille homo est: nō boni homi nis officium facit: non bono homini loquitur: & ita de reliquis casibus: in quibus nulla transitio fieri ostendiť. At si dicam/ co ram cicerone dixit catillina: uel absq; consule egit pretor: transi tionē certe facio diuersarū ꝑsonarū: hoc ē ab una ad aliā transeo.

Nunc singularū uim prępositionū ablatiui casus ostēdemus.

A. ab. & abs. &. e. & ex. eandem fere significationē habēt. Nam & locales/& temporales/& ordinales iueniunť. Sed quando cōso nans sequitur. a. &. e. potius præponūtur in appositione: ut a domo: e iure. Ab. uero & ex. sępissime in cōpositione non solum uocalibus: sed etiam cōsonantibus: ut abigo/abduco/exuro/ex curro. In appositione aūt uocali quidem sequente: ut ab illo: ex illo. Consonāte raro. A. quidem &. e. uocali nō pręponunť. Ab. aūt & ex. cōsonātibus solent/ut dictū est pręponi: si nulla asperi tas uocis ꝓhibeat. Vir. Exquo me diuū pater atq; hominū rex.

Abs. tam in compositione/q̃ in appositione consonantibus solet pręponi. Sed ab. in compositione omnibus pręponitur litteris: absq;. c. q. uel. t. abduco: affatur. Nam. b. in. f. est cōuersa: au fero. b. in. u. cōuertitur/tam euphonię/q̃ differentię causa: ne si affero dicas: ab ad. & fero componi uideať. Abluo/abnego/arri pio/in quo. b. cōuertitur in. r. Asporto in quo. b. mutať in. s. sicut aspello/ differentiæ causa: ne appello/& apporto ab. ad. cō posita esse existimentur.

A. pręponi solet incipientibus ab. m. uel. u. ut amens/auebeo.

Abs. ante. q. &. t. in appositione inuenitur: ut abs quolibet: abs te. In compositione uero ante. c. uel. t. ponitur. Abscondo: abscedo: abstraho: abstrudo: abstineo.

f

E . in appositione & in cōpositione īuenitur ante . b . d . g . l . m . n . r .&. I .&. u . cōsonantes: ut ebibo: ebulio: edo: educo: egero elimo: eludo: emíeo: emico: enarro: eripio: euebeo: eiicio: euoco.

Reliquis uero cōsonātibus pręponit̄. ex. ut excudo: excludo: efficio: effundo: effero: in quibus euphonię causa. x . cōuertit̄ in. f. Exhorreo: exhibeo: expello: exequor: expiro: ī quibus detrahit̄ s . Nam quādo post. x. sequit̄. s . detrahit̄: ne geminet̄. s . antecedēte alia cōsonante: ut supra de litteris dictum ē. Itē ante. q. &. t. exquiro: extendo. Vocalibus quoq; sequētibus/tam in appositione/q̄ in cōpositione. ex. pręponitur.

A .& ab.& abs. frequētius adiungūtur uerbis passiuis : ut amor a uiro: accipio ab illo: uel absquolibet. E . uero uel. ex. frequenter tēporalia īueniuntur. Virgil. Ex illo cęlebrādus honor lętiq; minores seruauere diem.

E . in cōpositiōe priuatiuū est: ut eneruus: enodus. Aliquādo intētiuū: ut enectus: enarro: eludo . Aliquando pro extra accipitur: educo: elimino .

E x. quoq; modo ꝓ extra ponit̄: ut excudo: excludo: extermino: extorris: exlex: expers: excors. Modo priuatiuū: ut explico: expedio: exero: extraho: extirpo. Modo intentiuū uel perfectiuū: expleo: exoro: efficio: effundo: extēdo. Ab abs. deriuatur absq;: & ab ex. oritur extra: ut supra docuimus.

D e. in appositione ꝑtinet ad materiā: & ad locū: & ad memoriā. In cōpositiōe uero ē localis: & significat deorsum: descēdo: deduco detraho: deiicio: despicio: derideo . Est etiā intētiuū: ut deprehēdo: dedo: deprauo: deprimo: dehisco: deterreo: decurro: delego Aliquando ē priuatiuū: desperatus: desum: demens.

P ro. localis īuenit̄/tam ī appositiōe/q̄ in cōpositione: ut ꝓ tēplo. Vir. Stabat ꝓtemplo & capitolia alta tenebat. ꝓoculis: ꝓcuria. Salustius ī catilinario. Quod ni maturasset ꝓcuria signū sociis dare. i. ante curiā: ꝓcurro: ꝓuenio. Aliquādo ē tēporalis: ut ꝓuideo ꝓspicio. Ter. Tibi ꝓspexi & stultię tuę. Proauus: sed hoc potius uidet̄ compositū a ꝓcul : unde. pro. corripitur & omnia similiter

habentia.pro.correptam: ut ꝓfatur:ꝓteruus. Vel ad imitationẽ grẹcorũ:apud quos.ꝓ.prẹpositio corripit̃:& significat ante. Ponitur etiã loco. e.uel super:ut ꝓminet/ꝓ eminet/uel supeminet. Aliquãdo ponit̃ ꝓ.ad.ut ꝓ uiribus suis:idest ad suas uires. Vir. Sũmis ĩcuruant uiribus arcus ꝓ se quisq; uiri:idest ad suas uires Interdũ ponit̃ loco.in.ut ꝓ testimonio dixit:idest ĩ testimonio. Aliquando ꝓ ante: ut ꝓcliuis/ꝓcumbens/ꝓstratus/ꝓsubigens. Interdum separata τό ὑπέρ significat: ut pro milone/ꝓ clodio. Necnõ ẹtiam loco interiectiõis accipitur: & tũc circũflectit̃. Salustius. Pro deum atq; hominũ fidem.

Prẹ.& cõponitur & separatur. In appositõe uero modo.ad.significat. Terẽ. Hic ego illum cõtempsi prẹ me:idest ad cõparationem mei. Idem in eadẽ. Hic uero ẽ qui si occepit ludũ iocũq; dices fuisse illũ alterũ:prẹut huius rabies quẹ dabit:ꝑ ad quẹ dabit. Aliquãdo ꝑ.ab. Terẽ. Vt fit misera prẹ amore hunc exclusisti foras idest ab amore. Idẽ alibi. Prẹ studio dũ id efficias quod cupis:ꝑ ab studio. In cõpositione autẽ significat modo sup: ut prẹsidio prẹfectus. Modo ponit̃ ꝑ ualde: ut prẹcelsus.i.ualde celsus:prẹ ualidus:ualde ualidus. Prẹco etiã dicitur a ualde canẽdo:& prẹgestio.i.ualde gestio. Oratius in primo carminũ. Ludere cũ uitulis salicto prẹgestiẽs. Pro ante.quoq; accipit̃: ut prẹdico/prẹcurro/prẹfero/prẹcipio/prẹmaturus. Lucanus in quinto. At prẹmaturas cineres. Ex hoc deriuatur prẹter.

Cum.& aduerbiũ potest esse:quãdo τοποτέ significat.i.quando. Et prẹpositio quãdo ꝑ σύν accipit̃:& tunc ẽ copulatiua:ut cũ ducibus pugno: cũ impatore ꝓficiscor: cũ amico habito. Et ꝑ solam appositionẽ inuenit̃. Nam loco eius in cõpositione ponit̃.con. ut cõcurro:cõiungo:cõtraho:cõspiro. Et sciendũ ꝙ.cõ.& in.tum mutãt. n .in. m .quãdo sequitur. b .uel. m .uel. p . ut combibo imbibo:ĩmunis:cõmunis:cõpello:impello. Sed quãdo sequit̃.l. r .cõuertit̃ in illas:ut colligo: illido:corripio: irruo:irritus. Interdũ reppetit̃ postposita: ĩ his tamẽ particulis ut diximus:me:te: & se:nobis:& uobis:& tunc est encletica. In cẹteris uero postpo

sita acuitur: ut quocum: quicũ: quacum: quibuscum.

C lam. apud græcos aduerbiũ est: apud latinos uero ideo prępositio est: quia & casualibus pręponiť: & graui accentu ꝓnũciatur. Teren. Nec clam te est q̃ illi nunc utreqꝫ res inutiles sint. Potest etiã apud nos ꝓ aduerbio accipi: cũ iungiť uerbo. Vir. Clam ferro incautũ superat securus amorũ. Nec in cõpositione iuenitur: & adiungiť nõ solũ ablatiuo: sed etiã accusatiuo: teste Donato. Habet etiã diminutiuũ quod in prępositone nunq̃ iuenitur: ut clanculum: unde etiam clandestinus.

C oram/ & palã/ apud grecos aduerbia sũt. Sed quoniã casualibus pręponi possunt: ideo grãmatici eas inter prępositões eẽ uoluerunt. Cum aũt uerbo adiungũtur/ sine casualibus: aduerbia sũt. Virgi. Coram quẽ queritis adsum. Idẽ in eodẽ. Postq̃ introgressi & corã data copia fandi. Salustius i. iiii. historiarũ. Si nihil aduẽtum suũ inter plebẽ & patres cõuenisset corã se daturũ operã. Et habet significationẽ cõtrariã. clam. sempqꝫ in appositõe inueniť. Sed corã magis ad ꝑsonas: palam uero ad oĩa accipitur. Teren. Si falsum aut fictum cõtinuo palam est.

S ine. & absqꝫ. apud grecos aduerbia sunt: quę quidẽ eadẽ ratione qua antedicte/ latini inter prępositões posuerũt: & cõsimilem habẽt significationẽ: quę ẽ negatiua. Nec in cõpositione iueniunť: & ad differentiã sine. modi impatiui/ quãdo pręponiť/ grauatur utraqꝫ syllaba: ut sine timore. Postposita penultimã acuit. Vir. Se sine pace tua atqꝫ iuito nomĩe teucri. Idẽ in primo geor. Te sine nihil altum mens inchoat. Quod idem facit pone. ad differentiam imparatiui.

A bsqꝫ. fit a prępositione abs. &. qꝫ. cõiunctione. Sed. qꝫ. cum est cõiunctiua in cõpositione suam uim amittit: ut atqꝫ: neqꝫ: quoqꝫ: & his similia. Et idem significat quod sine.

T enus. τοά χρισ: idest usqꝫ significat: quod certe aduerbium est. Et quãuis pene semper postposita iueniatur: tamen quia sine casuali non potest poni: quę licet sint aduerbia: tamen quia casualibus iungũtur: prępositiões eas esse putauerũt. Quod nõ solũ

ablatiuo:uerum etiam genitiuo casui more grecorum adiungit. Virgilius. Et crurum tenus a mento palearia pendet: ut supra diximus. Et capulo tenus abdidit ensem.

De prepositionibus seruientibus utriq; casui.

In. si ad locum uel contra demonstrat: uel pro. ad. ponitur: seruit accusatiuo: ut in urbem uado: in adulteriũ dico: idest cõtra. Vir. Impulit ĩ latus: idest ad latus. Lucanus ĩ tertio. In puppim rediere rates: ꝓ ad puppim. Cum aũt in loco significat: ablatiuo seruit: ut in urbe: in italia sum: in tẽpore uenio. In cõpositiõe uero uarias habet significationes. Nam aliquando est priuatiua: ut indoctus/imperitus/impius: improbo. as. Aliquando est intentiua: ut incuso: imprimo: irrumpo: impingo: iniicio: incumbo: incurro: irrideo.

Sub. quando ad locum habet significationẽ: uel ꝓ ante: uel ꝓ per accipitur: accusatiuo iungitur. Virg. Postesq; sub ipsos nituntur gradibus. Idem in geor. At si non fuerit tellus fecunda sub ipsũ arcturum. Idem. Sub lucem exportant calathis: ꝓ ãte lucem/uel ꝑ lucem. Idem. Vrit atrox iuno & sub noctem cura recursat: idest per noctem. Cum uero in loco significat: ablatiuo preponitur. Virg. Arma sub aduersa posuit radientia quercu. Idem. Ibant obscuri sola sub nocte per umbram. Idem. Quale per obscuram noctem sub luce maligna Est iter siluis. Idem. Namq; sub ingenti templo dum singula lustrat. Omnes prepositiones locales etiã in temporibus & rebus: similem habẽt constructionẽ. Quomodo enim dico ad templum: sic dico ad tempus: sub diem: sub iustitiam: sub hominem. Et sub templo: sub die: sub iustitia: sub homine: sub muliere. In compositione uero/ modo localẽ uim retinet: ut subeo: suppono: subiicio: submitto: subduco: subtraho. Modo diminutionem: ut subrideo: subtristis: suffundo mutat. b. in sequentem consonantem: quando a. c. uel. f. uel. g. uel. m. uel. p. incipiunt ea quibus adiungitur: ut succumbo: succurro: sufficio: suffero: suggero: sũmitto: suppono.

Super. & subter. contrarias habent significationes: & utraq; tam

accusatiuo q̃ ablatiuo cõiungitur. Sed ablatiuo figurate: ut quibusdam placet. Virgilius. Sedibus optatis gemina super arbore sidunt: idest in gemina arbore sidunt super. Idem. Fronde super uiridi sũt nobis mitia poma. Item. subter. Virgilius. Ferre iuuat subter densa testudine casus. Quod si accipimus figurate i eiusmodi locis prolatas/ loco aduerbiorum necesse est eas accipere: sicut multa alia: ut post/ ante/ & circum: quando cum ablatiuo iueniuntur. Virgilius. Admirans uenerabile donum Fatalis uirgę longo post tempore uisum. Idem in geor. Omnia quę multo ante memor prouisa reponas. Idem. Anna uides toto properari littore circum. Super. autem cum ponitur pro. de. iungitur ablatiuo. Virgilius. Multa super priamo rogitans super hectore multa. Inuenitur tamen etiam cum uerbo adiuncta. uel nominatiuo participii: in quo profecto aduerbium esse ostenditur. Virgilius His accensa super iactatos ęquore toto. Idem. Ecce super męsti magna diomedis ab urbe Legati responsa ferunt. In compositione etiam inuenitur: ut supersedeo: superuacuus: superuolo: supereminet: superficies. Et super. per apocopem fit a supera a quo etiam oritur supra per syncopam. Sic enim antiqui frequenter ꝓtulerunt. Cicero in arato. Toruus draco serpit subter superaque retorquens sese. Idem in eodem. Huic supera duplices humeros adfixa uidetur Stella micans tali specie taliq; nitore. Vnde superbus/ superus/ supremus.

Pręposítiones quæ non inueniuntur nisi in compositione.

Di. & dis. eandem significationem habent. Sunt autem separatiue ut diuido/ diduco/ distraho/ discurro/ quod apud græcos διά: pręposítio facit. Cum uero sequitur. c. uel. f. uel. p. uel. s. uel t. uel. I. loco cõsonantis tunc. dis. preponitur: discumbo: discutio: differo: diffido: diffundo: in quibus. s. in. f. conuertitur euphonię causa. Displiceo: disputo: disperdo: dissitio: disturbo: distorqueo: disiectus: disiungo. Aliis uero quibuscũque consonãtibus sequẽtibus. di. pręponitur: ut dimitto: diruo: diduco: diggero: diluo: & siqua sunt alia: ut apparet superius. Et ubiq; ꝓdu

citur.di.Exceptis dirimo:& disertus. Lucanus. Dirimi tentoria gurges. Virg.Cede deo dixitq; & prelia uoce diremit. Iuuenalis Didicit nã diues auarus admirari tantus laudare disertos.

Re. uidetur a retro. per apocopem factum: sicut & ipse sensus manifestat: ut respicio/retro aspicio: reuertor/retro uertor: recurro retro curro. Vnde aduerbiũ retrorsũ natũ ẽ: quomõ ab ex.extra.

Se.quoq; pro Διὰ græca prepositione separatiua est: ut seduco: separo: secubo. Est etiam abnegatiua: ut securus: idest sine cura. Preterea seorsum. fit a se. sicut a de.deorsum: & a super sursum. Hinc etiam est secus/& semis: uel ut quidam uolunt. se. potius ẽ uel a semis/quod separationẽ facit: uel a secus.

An. περί græcam prepositionem/ quod est circum/ semper significat: ut amplector: amputo: ambio: idest circum eo: in quo etiam additio. b. consonantis fuit propter. m.

Con.loco cũ.ponit̃: ut cõcipio: idest simul capio: cõgero. Et quando post.an.uel con.sequit̃. b. m. uel. p. n. cõuertitur in. m.

DE ADVERBIO.

Aduerbium ẽ pars orõnis ĩdeclinabilis: cuius significatio uerbis addicit̃. Id enim ꝑficit aduerbiũ uerbis additũ: quod adiectiua nõia appellatiuis nõibus adiuncta: ut prudens homo prudẽter agit: felix uir feliciter uiuit. Ex quibus quedam cũ omnibus cõuenientẽr adiungunt̃ tẽporibus: ut recte facio/faciebam/feci/feceram/faciã. Sunt alia que cũ separatim tẽpora significant: necessario separatim eis cõiungũtur: ut hodie facio: heri feci: cras faciã. Nunc intelligo: ante intellexi: postea intelligam. Quãuis usus quoq; in eis uariatur. Sunt que cũ omnibus apte socianť modis ut diligẽter curas: diligẽter cura: utinam diligẽter curares: cũ diligẽter cures: diligẽter curare uelis. Sunt que nõ omnibus modis possunt cõiungi: ut ne.cum ẽ dehortatiuũ/indicatiuo nõ adiungitur: sed impatiuo. Virg. Tu ne cede malis sed contra audẽtior ito.uel optatiuo. Terẽ. Quod utinam ne phormioni id suadere in mẽtem incidisset. Aut subiunctiuo: ut idem in adelphis. Ne dicam dolo. Aut infinito: ut Cicero in inuectiuis. Ne dici quidẽ

opus est: quanta diminutione ciuium.
V tinam: optatiuo coniungitur. Lucanus in secundo. O utinam cęliq; deis herebiq; liceret.
N i. subiunctiuo copulatur. Terentius. Ni metuam patrem. Idem. Ni mihi est spes ostentatam. Virgil. Ni teneant cursus. Idem. Ni faciant maria ac terras cęlũq; profundum. Sed & ni. & ne. quando pro neq; accipitur: inter coniunctiones plerique posuerunt causales: quãuis significatio abnegatiua/aduerbiis ea magis applicat. Ni. quoq; pro. ne. accipitur. Virgilius. Ni teneant cursus: pro ne teneant: teste Donato in cõmento ęneidos. Ni. pro ne. sic ueteres.
N on. uero imperatiuo adiungi nõ potest: nisi in compositione: ut noli. Indicatiuo autem/uel subiunctiuo/uel optatiuo aptissime accõmodatur. Indicatiuo. Virgilius. Non tibi tindaridis facies inuisa lacene: culpatus ue paris: uerum inclementia diuum has euertit opes. Subiunctiuo. Virgil. Non mihi si linguæ centum sint oraque centum ferrea uox scelerum comprehendere formas Omnia pęnarum percurrere nomina possim. Optatiuo. Virgil. in secundo georgicorum. Non illa quisq̃ me nocte per altum ire neq; a terra moneat conuellere funem.
N unquid. quoque quod interrogatiuum est/ soli indicatiuo adiũgitur. Terẽ. Nunquid meministi. Idem. Nũquid subolet patris.
Q uot accidunt aduerbio? Tria: species: figura: & significatio.
Q uot sunt species aduerbiorum? Due: primitiua: & deriuatiua. Primitiua est quæ oritur a seipsa: ut non: ita: ceu: clam: sępe. Deriuatiua est illa quæ ab aliis aduerbiis nascitur: ut a clam/ clanculum: a sępius/sępissime: a proprie/proprius: ultra/ulterius: citra citerius. A nomine: ut a felix/feliciter: a tullio/tulliane: a latino latine. Vel a uerbo/ siue participio/ uel participiali: ut sentio/sensus/ sensim: sto/status/statim: singultio/singultus/ singultim. Oratius in primo sermonum. Vt ueni coram singultim pauca locutus. Virgilius in georgicis. Tractimq; susurrant. Vel a nomio

& uerbo: ut a pede & tento/pedetentim. Vel a pronomíe: ut hic illic/istic. Vel a prępositione: ut ab ex. extra: ab in. intra: a con. contra: a sub. subter.

P rimitiua quidem aduerbia uniformia sunt: nec regulam aliquã ad similitudinem uel collocationem aliarum possunt accipere: ut cras/cur/heus/sic/nempe.

D eriuatiua uero sub aliqua certa proferuntur forma: inter sese ad hibita collocatione.

I n. a. terminantia/ uel primitiua sunt: ut ita: quod solum. a. cor reptam habuit. Quãuis quidam. puta. quoque aduerbium esse accipiant. Ideoque Persium id. corripuisse: ut hoc puta non iu stum est: illud male: rectius illud. Vel composita: ut præterea: interea: postea: antea: quæ omnia producunt. a. terminalem: uel ablatiuũ: ut una: qua: nequa: roma. Virgilius. Vna eurusq; notusque ruunt creberque procellis. Idem in eodem. Qua data porta ruuntque & terras turbine perflant. Idem. Nequa scire do los medius ue occurrere possit.

I n. e. correptam uel primitiua sunt: ut pone/ pene. Ex quo etiã aliud deriuauit Plautus. Ita mea consilia penissime. Ne: prope: quippe: sępe: inde: & ex eo composita: deinde: subinde: perinde exinde: proinde: quæ omnia antepenultimam habent acutam. Inuenitur etiam exin. & dein. Virgilius. Exin gorgoneis alecto infecta uenenis. Vel deriuatiua sunt: ut peragro/peragre: punio impune: abundo/abunde: rito/ritas: unde irrito/irrite. Item no mina quoque pro aduerbiis inueniuntur: ut facile: forte. Salu stius in iugurtino. Cętera ut facile comperta narrauerim. Virgi lius. Forte fuit iuxta tumulus quo cornea summo. Idem. Sed sublibe uolans mihi se immiscuit atre. Vtpote. quoque compo situm ab aduerbio & nomine. Pote uero ab eo quod est hic & hæc potis & hoc pote nascitr. Persius. Qui pote uis dicã nugaris cum tibi calue. i. quando possibile est. Vnde etiam hic & hęc po tior: & hoc potius: & superlatiuũ potissimum. Ex quibus quoq;

aduerbia potius & potissime oriuntur.

In. e. productam primitiuum solúmodo inuenitur. ne. Sed deriuatiua a nominibus secúdæ declinationis a datiuo formata. o. in. e. conuersa: ut claro clare: optimo optime: albo albe: pulchro pulchre: affabro affabre. Cicero sexto uerrinarum. Deum nullum qui ei paulo affabre factus. Huic sano/ sane: fero/fere. Sed bene & male corripiũtur. Multa autem ex antedictis sumũt datiuum pro aduerbio: ut falso: consulto: postremo: sedulo: auspicato: augurato: manifesto: priuato: pręcario: merito. Terẽtius Seu ui seu clam seu pręcario. Idem. Haud auspicato huc me contuli. Idem. Merito te amo. Idẽ. Postremo si nullo alio pacto uel fęnore. Liuius in. xiiii. Priuato nos tenuissemus. Dicitur tamẽ & priuatim. Salustius in catellinario. Ei priuatim & publice rapere. Et sępe corripiunt. o. terminalem quando in aduerbia transeunt: ut cito/ sero/ modo. Iuuenalis. Et cito rapturus de nobilitate comesa. Virgilius. Tu modo posce deos ueniam sacrisque litatis. Statius in primo thabaidos. Sero memor thalami męstæ solatia mortis. Inueniť necessario & necesse: sed necesse eget uerbo substantiuo. Terentius. Quod des paululum est: & necesse est multum accipere. Dicitur tamen & necessarium. Sunt etiam ex eadem declinatione neutra quæ pro aduerbiis accipiuntur: ut multum/ nimium/ uerum/ & uero: primũ/ & primo. Nimium quoq; pro nimis sępissime inuenitur: & parum/ & paruum. Lucanus in quinto. Et quã nimiũq; parũq; distulimus. Excipiuntur a duro duriter. Terẽt. Primo hæc pudice uitam parce ac duriter agebat. Large/ largiter: ab humano humane/ & hũaniter: inhumano/ ihumane/ ihumaniter: a firmo/ firme/ firmiter. Cicero. iii. uerrinarũ. Respõdit illa ut meretrix nõ inhũaniter. Idẽ in. xiii. philippicarũ. Putare aliquid moderate haud hũane facturũ. Idẽ in. vi. de repu. Firmiter eni maiores nostri stabilita matrimõia eẽ uoluerunt. Inueniunť quędam alia quę non sunt in usu: ut insaniter pro insane: seueriter pro seuere: blanditer: benigniter. Plautus: amiciter: auariter: munditer: męstiter: ęquiter: asperiter. Nonius:

festiuiter. Lucilius: ampliter: ignauiter. Varro: prohibiter: mutuiter. Ennius: proteruiter: ignauiter: inimiciter: iracunditer: superbiter: temeriter: preclariter: toruiter: puriter: reuerecunditer: miseriter: prosperiter. Dicitur etiam abunde/ ab abundo: & abundanter/ abundans. Inuenitur etiam a ualido/ ualde pro ualide p syncopam. Sensim pro paulatim: quia ea maxime faciunt sensum quæ morantur. A rito ritas/ uel ritu rite/ pro recte: quia nihil traditur ritibus/ nisi quod rectum esse creditur. Item nomina quintę declinationis composita. e. producunt: ut pridie: hodie: postridie. Meridie quoq; pro aduerbio accipitur/ cũ sit nomen.

I n. I. quoq; desinentia inueniuntur aduerbia: sed pauca primitiua: ut heri/ ubi/ ibi: dicitur tamen & here. Iuuenalis i primo. Res hoc minor est here q̃ fuit atq; eadem cras. Oratius in secũdo sermonum. Nam mihi cum uiuam querenti dictus here illic de medio portare die. Item genitiui quorũdam nominum pro aduerbiis accipiuntur: ut domi/ tarenti/ lampsaci/ ephesi/ belli. Liuius in secundo ab urbe. Duo nefanda facinora decemuiri belliq; domiq; adducit. Inueniuntur aduerbia per datiuum: ut uesperi & sorti. Terẽtius. Quem ne ego uidi ad uos afferri uesperi. Virgilius in quarto georg. Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti. Necnõ etiam per ablatiuum: ut qui pro quomodo/ uel unde. Terentius. Nam qui tibi istec incidit suspicio? qui quia te noram. Idem in eadem. Audiui & credo multa concurrunt simul qui cõiecturã hanc nũc facio. Est eni ablatiuus a quo uel a qui.

I n. o. primitiua: ut quando temporale: & ex eo composita: ut siquando: nequando: aliquando: quæ antepenultimã habent acutam: ne due partes diuisę ut supra dictum est esse putentur: uel differentiæ causa. Deriuatiua uero a cis. citro: unde dicitur ultro/ citroque. Cicero pro rostio. Postea homines cursare ultro citroque non destiterunt. Ab in. quoque intra/ & intro/ & intus & inter: ut supra docuimus. Sunt etiam composita/ pręsto/ profecto. Alia uero nomina sunt/ uel pronomina aduerbialiter prolata: ut falso/ merito/ sedulo/ cito/ sero/ uero/ utro/ utroque.

Liuius in octauo ab urbe condita. Vtroq; exercitus miſſi. Item quo/ aliquo/ eo/ illo/ quæ quidem interdum corripiunt. o. cum pro aduerbiis accipiuntur.

I n. V. pauca inueniunt̃ denominatiua: ut diu: & ex eo compoſitum: ut interdiu: & a nocte noctu. Nam aſtu eſt nomen indeclinabile: ut cornu. Terẽtius. Hem quid? amat an ſcit ille quid meretrix ſiet: in aſtu uenit. Quod niſi eſſet nomen: prępoſitio ſeparata ei non pręponeretur.

I n. ae. diphthongon nomina/ genitiui caſus: loco aduerbii ponũtur: ut romæ: coſæ: capuæ. Saluſtius in iugurtino. Hęc ubi romæ cõperta ſunt. Idem in primo hiſtoriarũ. Res populi romani: Mario/ lepidoq;/ catullo/ cõſulibus: ac deĩde domi & militię geſtas.

I n. oe. au. eu. ei. oh. ah. terminantia/ ĩteriectiones ſunt: quas græci aduerbiis cõnumerãt. Oratius ĩ carminibus. Heu/ oh/ eh/ bacche precor. Idem in ſecundo carminũ. Heu/ oh/ eh/ recenti mens trepidat mętu. Terẽ. Hau obſecro ne cõferendus hic quidem cũ illo eſt. Idẽ. Oh illud inde os: ut ſibi diſtorſit carnifex. Idẽ. Dictura ne es quod rogo hau ei.

I n. c. primitiua iueniunt̃: ſic: donec: quod ẽt donicũ antiqui dicebãt. Plaurus ĩ captiuis. Auſculta tũ ſcies ego me admitti donicũ ille huc redierit. Et deriuatiua pronominũ: ut hic/ iſtic/ illic/ huc/ iſtuc/ illuc: & reliq̃ eiuſmodi. Et oĩa uel natura/ uel poſitõe ꝓducũt extremã ſyllabã: & ĩ fine circũflectũt̃: ſi uocalẽ longã hũerint natura. Cõpoſita quoq; iueniunt̃: ut adhuc: abhinc: dehinc.

I n. L. pauca: ut ſemel: pol: edepol: uel ꝓ ualde. Cicero ꝓ murena. Vel maximũ bellũ populo romano cũ rege antiocho geſſiſſe.

I n. am. primitiua: ut clam: corã. Deriuatiua uel cõpoſita/ nequicq̃ nequaq̃/ neutiq̃: & q̃: quãdo ẽ ſimilitudinis/ uel cõparatõis/ ſiue electiõis. Virg. q̃ facile accipiter ſaxo ſacer ales ab alto. Saluſtius Mare ponticũ dulcius q̃ cętera maria. Bifariam etiã/ trifariam/ & omnifariã: & a prępoſitis dictionibus.

I n. em. primitiua: item: tandẽ. Compoſita ut indidem: idẽtidem. Cicero pro roſtio. Indidem ne ameria.

I n. im. denominatiua inueniunt̃: & uerbalia siue participialia: ut a parte/partim: a uiro/uiritim: a uice uicissim: ab hostio hostiati: a statu statim: a raptu raptim: a saltu saltim/& saltati: a cursu cursim: a stricto strictim: a furto furtim: a sensu sensim: a singulis singulatim: ab affatu affatim: uel potius a genitiuo ἀφατοσ: & corripitur. fa. A priuato priuatim: a paulo paulatim: a singultu singultim. Oratius in primo sermonum. Vt ueni coram singultim pauca locutus: pręsertim: confestim. A tractu tractim: a carpo carptim: a ductu ductim. Plautus in curgulione. Sine ductim: si hæc abiit hæc persequar.

I n. um. primitiua pauca sũt: iterum/sursum/rursum/& rursus: prorsum & prorsus. Deriuatiua uel cõposita: dextrorsum/sinistrorsũ. Sed antiqui etiã dextrouersum dixerũt. Plautus in rudẽte. Sed dextrouersum autẽ uersa est in malam crucem. Idem i captiuis. Vtroq; uersum rectum est ingeniũ meum. Item actutũ deriuatur ab actu: idest celeriter. Virgil. Tum cętera reddet actutum pius ęneas: atq; integer eui ascanius. Nomia quoq; loco aduerbiorũ in eadẽ terminatione iueniunt̃: ut primũ: multũ: minimũ: nimiũ parũ ꝓ paruũ. Lucanus in. ii. Et q̃ nimiũq; parũ distulimus: ꝓ & multũ & parũ. Cicero de re publica. Nõ eni facile uolẽti populo resistit̃: si aut nihil impartias iuris aut parum ꝓ paruũ.

I n. n. pauca inueniuntur: ut en: non: forsan: forsitan.

I n. r. primitiua: ut cur: per quando ꝓ ualde accipitur. Deriuatiua a nominibns uel participiis tertię declinatiõis in. ter. exeuntia. Sed si in. ens. desinat nomiatiuus. is. genitiui i. er. ut sapiens/sapientis/sapienter: prudens/prudentis/prudenter: diligens/diligẽtis/diligẽter. Alia uero datiuo. ter. addũt/penultima correpta ut fortis/forti/fortiter: utilis/utili/utiliter: felix/felici/ feliciter: audax/ audaci/audaciter. Sed frequentius dicitur audacter per sincopam. Terẽtius. Minus multo audacter q̃ nũc lędit lęderet. Salustius tamẽ historiarũ secũdo audaciter ꝓtulit: secũdũ analogiã. Cicero ꝓ Sexto rostio. Multa scelerate: multa audaciter: multa improbe fecisti. Excipitur facilis: quod facile ꝓ faciliter habet

in usu. Virgil. Quã facile accipiter saxo sacer ales ab alto. Difficilis aũt difficulter ꝓ difficiliter facit: & ab omni fit oĩno. Prȩterea a tribus & quattuor nascunť aduerbia: ut ter/quater: abiter uero cõpositum ẽ ex ab. & iter. Similiter paulisper/tantisper/parũper cõposita sunt. Vetustissimi tamẽ quȩdam cõtra antedictã regulã ꝓtulerunt: ut sublime uolat: memore meminit: ꝓ memoriter. Et sunt nomina neutra ꝓ aduerbiis. Aliter quoq; ab eo quod ẽ hic alis/huius alis/huic alii: ꝓ alius alii/secundum antedictam analogiam profertur.

I n. as. denominatiua inueniunť. as. extrema circũflexa: ut alias.

I n. es. ꝓductã/sodes/hercules. Pleraq; tamen a numeris nascunť: idest a quĩq; usq; ad mille: ut semel/bis/ter/q̃ter/quĩquies sexies septies/octies/nouies/decies/uicies/cẽties/quingẽties/milies.

I n. is. correptã/nimis: quod etiã nimiũ dicimus: satis/quod etiã loco nominis positiui accipiť. Itaq; etiã cõpationẽ recipit satius. Ter. Accede ad hũc ignẽ iã cȩlestes plus satis. Lucanus ĩ primo. Tu satis ad uires romana ĩ carmia dãdas. Iuuenalis ĩ. iiii. Hoc satius q̃ si dicas sub iudice uidi quod nõ uidisti satius ꝓ melius.

I n. us. correptã: penitus/rursus/& rursum: prorsus/& ꝓsum: ut supra diximus. Secus: cȩlitus a cȩlo: stirpitus a stirpe: funditus a fundo. Virg. Rursus & alterius. Idẽ. Rursũ ex diuerso cȩli cecisq; latebris. Radicitus a radicibus. Virgil. Radicitus eruta pinus. Mordicus: diuinitus: humanitus: diciť tamẽ & diuine/& hũane & hũaniter. eminus quoq; cominus localia sũt. Aduersus quoq; quod etiã nõiatiuus ẽ: quomodo nullus ꝓ minime. Terẽ. Liberatus sum daue hodie tua opera: at nullus quidẽ. Item fors cum sit nominatiuus/accipitur ꝓ aduerbio. Virgil. Fors & uota facit cumulatq; altaria donis. Et omnia comparatiua quȩ nominum comparatiuorum generis neutri similia sunt: ut clarius: prudentius: ocius: satius.

I n. ens. totiens a tot: quotiens a quot: & a multo/multotiens: & aliquotiens ab aliquot. Salustius in primo historiarum. Neque detrusus aliquotiens teretur.

I n. t. ut sat ꝑ satis: & dũtaxat quod ab aduerbio cõponit̃ & uerbo: & forsit ꝑ forsitã. Oratius i primo sermonũ. Dissimile hoc illi est: quia nõ ut forsit honorẽ iure mihi iuideat quisquis.

I n. x. ut uix/mox: pax quod est græcum/quando significat tantummodo.

I n. nc. nũc/hinc. In. ps. ut deinceps. Inueniunt̃ etiã diuersę aduerbia formę/ex eisdẽ deriuata nõibus: ut fors/forte/forsan/forsitã forsit/fortasse/fortassis. Virg. Forsan & hęc olim meminisse iuuabit. Idem. Forsitan illũ aut herba captũ uiridi. Idẽ. Cęloq; animũ fortasse ferebat. Et fors quidẽ/& forsan: & fositan/dubitãdi sũt. Forte uero euentus ꝑ fortuitu: quod a fortuitus deriuatiuo nomine fit. Fortasse autẽ & fortassis ꝑ temere: quomodo a diuino quoq; diuinitus θειόθεν. diuine θείωσ. Similiter a fato fatuito μοΐρηθεν. fato & fataliter μοιρᾶιοσ. ab omni oĩno πάγ τελωσ & omnifariã/in omnẽ partem: uel ex omni parte.

Deriuatiuorũ aduerbiorũ species etiam i cõparatiuis & suplatiuis diminutiuisq;: quod apud gręcos nõ est: & plerũq; denominatiua sunt hęc: ut clarus/clarior/clarissimus/clarissime: felix/felicior felicissimus: feliciter/felicius/felicissime: bonus bellus: bone belle: primus/primulus: primũ/primulũ: longus/lõgulus: longe/lõgule. Inueniunt̃ tamen pauca quæ q̃uis a nõibus non deriuent̃ tamen hñt cõparatiua uel diminutiua: ut sępe/sępius/sępissime Antiqui tamẽ & sępior sępissimus ꝓtulisse iueniũtur: sicut ultra ulterius/ultime/ulterior/ultimus. Non enim aduerbia a nõibus sed ab aduerbiis huiuscemodi nomina nascunt̃: ut supra/supius supreme/superior/supremus: citra/citerior/citimus: exterior exterius/extreme: exterior/extremus. Infra/inferius/infime: inferior infimus: diu/diutius/diutissime: diutius/diutissimus: nuper nuperius/nuperime. Antiqui/nuperus/nuperior/nuperimus. ocior quoq; ocissimus: & ocius ocissime a gręco ẽ ὠκύσ. Satis quoq; ꝑ sufficiens accipitur: a quo fit satius comparatiuũ. Notandũ ẽ q̃ nõ inueniunt̃ cõparatiua nisi sint adiũcta cõparatiuis nõibus Diminutiua tamen rarissime: ut clam/clanculum.

V nde deriuantur aduerbia? A nominibus: sapiens/sapienter. A ꝓ nominibus: ut illic. A uerbo detero/deterius. A participiis: ĩdulgens/indulgẽter. A prępositionibus: ex/extra: sub/subter: ab in. intro: ut supra docuimus.

Q uot sunt figurę aduerbiorũ? Tres: simplex: composita: & decõposita. Simplex ut diu/huc. Composita ut iterdiu/adhuc. Decõposita/ quę a cõpositis deriuantur: ut a potente/potenter: a misericorde/misericorditer: ab indocto/indocte: ab imprudente/ĩprudenter. Hęc tamen quę & simplicia habent aduerbia/& cõposita esse possunt: ut docte/indocte: prudenter/imprudẽter. Nam efficaciter certe decompositum est: cum a simplici aduerbio non cõponatur: sed a nomine composito deriuatur.

Q uot sunt significationes aduerbiorũ? Multe/ac diuerse: alia enĩ sunt temporalia/quę pręteritũ tempus significant solũ: ut pridẽ nuper/antea/nudiustertius. Alia quę pręsens: ut nunc/presto/& pręsens: & nõ multo ante pręteritũ ꝑfectum: ut modo. Terẽtius Modo dolores mea tu occipiunt primulũ. Idem. Age modo hodie sero ac nequicq̃ uoles. Idem. Pręteriẽs modo mihi apud forum dixit uxor tibi ducenda ẽ pamphile. Idem. Venit cherea frater ne?ita. quãdo? hodie. q̃ dudum? modo. Accipitur etiam pro infinito/quomodo/& nunc: ut idem ĩ eadem. Modo ait modo negat. Inueniẗ etiam ꝓ dũtaxat. Virgi. Si modo quod memoras factũ fortuna sequaẗ. Alia futurum: ut cras/postridie/perendie. Alia cõmunia diuersorũ temporum: ut olim/dudum/quondã. Virgil. Deprehensis olim statio tutissima nautis. Infinite posuit olim ꝓ præterito. Oratius ĩ primo sermonũ. Olim truncus eram ficulnus ĩutile lignũ. Pręsentis. Virgil. Ac iam olim seras posuit cum uineas frondes. Frigidus & siluis aquilo decussit honorẽ. Iam tum acer curas uenientẽ extendit in annũ Rusticus. Idem ĩ quinto. Quod tumidis sũmersum tunditur olim fluctibus. Futuri. Idem. Forsan & hęc olim meminisse iuuabit. Dudum pręteriti. Teren. Ego dudũ nõnihil ueritus sum daue. Pręsentis temporis. Virgilius. Iãdudum sumite pęnas. Quondam pręteriti.

Cicero in primo īuectiuarum. Fuit ista quondā in hac republica uirtus. Futuri. Virgi. Quondā tua dicere facta Tempus erit. Pręsentis. Virg. Quondā etiam uictis redit in pręcordia uirtus. Futuri: ut Tempus erat quondā. Similiter aliquādo. Cicero in primo inuectiuarū. Ibis tandē aliquando. Idem in secundo, Tandē aliquando quirites uel catillinā. Quando. quoq; simplex: & ex eo cōposita omnia: ut aliquando: siquādo: nequādo: quę infinita sunt: & antepenultimę accentu acuto proferūtur. Sicut etiam ab inde. cōposita: exinde: perinde: subinde: deinde: ꝓinde: ut dictum est supra. Quando. autē interrogatiuū & relatiuū est, & ifinitum. Interrogatiuū: quando uenisti. Relatiuū: quando eram iuuenis peccaui. Infinitū: quando ueniam faciam. Accētu tamē discernitꝰ: quomodo & nomina īterrogatiua, & relatiua. Inueniꝰ tamē etiam ꝑ aliquando: & pro causali cōiunctione. Vir. Aspera quis natura loci dimittere quando suasit ęquos: quādo pro aliquando. Idem. Hic tibi fabor eni quando hęc te cura remordet. Quam. pro quoniam accipitur.

Alia localia: hæc quoq; uel discretas: uel cōmunes habēt locorum significatōes. Discretas autē in loco: p locū: ad locū: & de loco. Cōes uero: ut ꝑegre sum: ꝑegre abeo: ꝑegre trāseo: ꝑegre uenio.

Dehortatiuū est ne. quod etiā accipiꝰ ꝓ neq;. Cicero in. iiii. inuectiuarū. Ne dici quidē opus ē: idest neq; opus ē dici. Aliquando ꝓ ut nō. Terē. Ne dicam dolo: ꝓ ut nō. Aliquādo pro ualde. Idem in andria. Ne illa illū haud nouit: cuius causa hęc incipit.

Abnegatiuū est: ut non: haud: nequaq̄: minime. Interdū etiā alię partes ꝓ aduerbiis accipiunꝰ: cum due ꝓ una collocātur: ut nullomodo: nullatenus. Quomō & aduerbia loco nominū posita īuenimus. Virgil. Sponte sua. Itē mane nouū. Salustius in catillinario. Satis eloquētię: sapientię parum.

Confirmatiua: ut ꝑfecto: scilicet: quippe: uidelicet: nēpe. Persius. Nēpe hęc assidue. Inueniunꝰ etiā: quidni. i. cur nō: sic ē: quidistic quo frequēter utiꝰ Terētius in cōfirmatiōe. Quidistic accedo ut rectius dicas. Item per. aliquando est confirmatiuū. Terentius.

Tu quoq; per parce nimium non laudo.
I uratiua sunt: edepol: castor: hercle: medius: fidius. Et per. etiam ꝓ aduerbio iurãdi accipi potest. Vir. Per qui te talẽ genuere parẽ tes. Itẽ sic. cõiunctũ casualibus/& graui accẽtu ꝑlatum: iuratiuũ est. Virg. Sic tua cirneas fugiant examina taxos.
O ptatiua sunt: utinã. o. si: ut. Virg. Atq; utinã rex ipse noto com pulsus eodẽ Afforet ęneas. Idem. Adsis/o/tantũ & propius tua numina firmes. Idem. Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus Ostendat nemore in tanto. Terẽ. Vt dii deęq; seniũ oẽs pdant: ut ꝓ utinã: & seniũ ꝓ senẽ figurate. Oratius in. ii. sermonũ. O pa ter & rex iuppiter ut pareat positũ rubigine ferrum: ut ꝓ utinã. Vt. autẽ & si. sunt etiam cõiunctiones: teste Prisciano. Sed ut. est quoq; similitudinis aduerbiũ: potest etiam ꝓ tẽporali accipi: ut uidi: ut perii: & ex hoc cõponit̃ utinã. Sed uti. & ut. idem est.
H ortatiua sunt: eia: age: & agite: licet plurale sit. Vir. Ergo agite/o/ iuuenes tantarũ in munere laudum.
R emissiua sunt supioribus cõtraria: ut pederẽtim: paulatĩ: sensim.
Q ualitatis: ut bene: & male: & cętera.
Q uantitatis: ut nimium: parum: & cętera.
D ubitatiua: ut forsitan: fortassis: & fortasse: fors: forsit. Virg. Fors & uota facit cumulatq; altaria donis.
C ongregatiua loci sũt & temporis cõmunia: ut simul: una: pariter in eodem loco: & ĩ eodem tempore. Virgilius. Simul hoc simul ingens. Idem. Vna eurusq; notusq; ruunt.
D iscretiua: seorsum: deorsum: secus: separatim: utrĩq;: diuise: singu latim: bifariam: trifariam: & multifariam.
S imilitudinis: ut quasi: ceu: uelut: ueluti: sic: sicut: sicuti: ut: uti: ita
O rdinatiua sunt: inde: deinde: continuo: ꝓtinus: postea: pręterea.
I ntentiua: ut ualde: nimium: prorsus: penitus: & omnino.
C omparatiua: ut magis: minus: hoc cum aduersa qualitate cõiun ctum/contrarię qualitatis comparatiuũ significat: ut minus stul tus: idest prudentior.
S uperlatiua: maxime: minime: ocissime. Et sciẽdum ꝙ omnia quę

Item quando cōparatiuum non potest regere nominatiuū cum quā quod fit ēt quinq; modis: aut cum erit cōparatio inter duos ut dictum est. aut cum non inuenitur nominatiuus: ut nihil est crudelius nece: & nihil est ipsi se ipso carius: aut quando relatiuū est terminus comparationis ut uirtus qua nihil est homini melius clara eternaq; habetur: aut quādo ponit̄ cū dictiōe negatiua ut nullo homine sis tardior: aut quando dictō a qua fit exceptio fuerit in ablatiuo: ut diomedes fuit fortior oibus troianis preter quā hectore pp ante dictam rationem.

Secundo modo cōparatione cum fit comparatio ad diuersas qualitates: ut nix est albior coruo.

Tertio modo significatione: & hoc tribus modis quando cōparatiuū significat quantū suū positiuū: ut satiri uehementius in scelera inuehuntur. i. uehementer. & allexander macedo habebat corpus ibecillius. i. ibecillum: sed hoc raro inuenitur: aut cum significat minus positiuo. Vir. Iam senior sed cruda deo uiridisq; senectus. i. parum senex secundum seruium. aut cum significat contrarium ut est apud Salustiū. Mare elespontiacum est dulcius quā cetera maria. i. minus amarū.

Quarto mō formatione: cū noia sustantiua uel pronoīa cōparant̄ more antiquorū qui a nominibus ꝓpriis & ꝓnominibus cōparatiua & suplatiua ꝑferebant: ut nero neronior: neronissimus ipse ipsior: ipsissimus. Plautus. Ipsissimus est.

Plus & minus cum significant pondus uel mensuram sunt sustantiua i q̄ significatōe utimur tantūmodo i singulari & regūt post se gtūm: ut habeo plus uini quā olei & minus farię q̄ frumēti. Cum uero significat numerū tūc dicimus plures & pauciores

ũt habeo plures equos tribus: & antonius habet pauciores ser uos duobus. nõnũquã tamẽ plus reperit̃ cum gtõ plurali ut ha beo plus equorũ te: sed nõ ẽ in usu. Itẽ minus ponit̃ aliquãdo ꝓ nõ. cũ iungit̃ cũ. sin. aut quo. ꝓ ut. ut sin minus ꝓ nõ & tunc sem ꝑ debet precedere si: ut si uenias faciã: sin minus ꝓficiscar alio. Aliquando minus cũ positiuo coniunctũ cõtrarie significatiõis est: & cõparatiuum demonstrat. Ter. nemo fuit minus ineptus. i. prudentior: & sic nemo te minus formosus est. i. deformior. de scendit autem potius a parum quã a paruo.

A cõparatiuis neutralibus fiũt diminutiua addita culus ut maius maiusculus: melius meliusculus & his similia: & eãdẽ cõstructio nẽ seruant ut sũ maiusculus antonio uel quã antonius. ter. thays quã ego sũ maiuscula ẽ. i. parum magis magna.

I tẽ cõparatiuum quotiens post superlatiuũ sequit̃: plus significat plurisq; momentis ẽ ipso suplatiuo. Cic. litterę tuę gratissime mi hi fuere: sed si alio tp̃re reddite forent gratiores extitissent.

I tẽ quando cõparatiuo adiungitur. longe: multo maioris signifi cationis apparet & uim quodãmodo suplatiui obtinet: ut phy losophia lõge preclarior ẽ ceteris artibus liberalibus. & iustitia multo preclarior est aliis uirtutibus.

I tem ab oibus uocibus neutralibus cõparatiuorũ fiunt aduerbia similia neutro generi ut clarius. elegantius: prestantius. & his si milia & oĩa exeunt in ius: excepto magis quod desinit in is & descendit a maius mutata. u. in. g. & ante. r. posita. i.

Superlatiuum nomen est quod ad plures sui generis cõparatum sup ponitur omnibus: uel per se prolatum habet itellectum sui positiui cũ hoc aduerbio ualde ut ęneas fuit uir prestantissimus omniũ troianorum uel ęneas fuit uir prestantissimus.

V nde descẽdit suplatiuum? a noibus adiectiuis a participiis a uer bis. a prepositionibus ab aduerbiis.

Q uomodo formantur a nominibus adiectiuis prime & secunde declinationis? a genitiuo addita. s. & simus ut albus albi albis simus. clari. clarissimus.

Suplatiuum.

Superlatiuum

(152)

Excipiunt̃ iequalia: ut bonus: optimus: malus: pessimus: magnus maximus: paruus: minimus: multus: plurimus: magnificus magnificentissimus: munificus: munificentissimus: maturissimus potius fit a noie maturus quã a noie matur quod absoleuit. Cic. ad herennium. Quibus uirtutibus omnẽ tueri uitã possint eas in etate maturissima uelint comparare.

Quomodo formant̃ a noibus i er. desinentibus? a noitiuo addita rimus. ut pulcher pulcherrimus: miser miserrimus: niger nigerrimus: pauper pauperrimus & reliqua. Excipiuntur dextimus & sinistimus pro dexterrimus & sinisterrimus. Salust. in iugurtino Sylla cum equitatu apud dextimos in sinistra parte marius curabat cum funditoribus.

Quomodo formãt̃ a noibus adiectiuis tertię declinationis? a genitiuo addita simus: ut prestantis prestantissimus: fortis fortissimus: locuples locupletis locupletissimus preter mittentia nominatiuum in lis quę abiecta: is. & addita limus faciunt suplatiuũ ut facilis facillimus agilis agillimus: humilis humillimus: gracilis gracillimus. difficilis difficillimus. similis simillimus. Cic. pro. M. Marcello. simillimũ de eo iudico. excipiuntur etiã i bris exeuntia quę mutant ris. in er. & accepta rimus: faciunt superlatiuum: ut salubris saluberrimus. celebris celeberrimus. itẽ uetus licet exeat in. us. tamen facit ueterrimus: uel auctoritate capri: atq; ãqtissimorũ usu sit a noie ueter. cuius ẽt cõparatiuũ ꝓtulit plautus in bacchidibus. Senem tibi dedo illum ueteriorem lapide ut lepidum reddas. Senex: iuuenis memor carent suplatiuis pp sonũ dis. tis. ti. ditior ditissimus. Vir. ditissimus agri fęnicũ.

Quot superlatiua exeunt in ximus? duo tantum alterum a nomine in us. ut magnus maior maximus alterum ab aduerbio ut ꝓpe proprior proximus quod cũ pro cognatione atq; affinitate accipitur positiui significatõem habet & superlatiuo caret. ideo q; sępe apud iurisconsultos inuenitur proximiores. i. propriores cognati uulpianus. ff. li. xxv. ait ut ad edictũ siquis ꝓximior cognatus nasceretur.

A uerbis ut deterior deterimus: potior potissimus.

A prepositionibus quoq; fiunt suplatiua ut intra interior itimus ultra ulterior ultimus extra exterior extremus: extimus quoq; dicebant antiqui. Plini. lib. vi. na. hi. dirrachiũ canusiũ appulię extimẽ: citra citerior citimus. Cic. in sexto de rep. & qbus ex ea minima quę ultima a celo citima a terris luce lucebat aliena: cuius ẽt positiuus reperitur apud antiquos. supra superior supremus: uel sũmus: infra iferior ifimus uel imus post posterior postremus & reliqua.

A b aduerbiis ẽt descendunt suplatiua: ut pridẽ prior primus qđ ẽ ordinale ut dictum est. nuper nuperrimus: cuius aduerbiũ posuit. Cic. in. iii. ad herennium. & quoniam nuperrime dictum ẽ facile memorię mandatur: uel fit a nomine nupus ut capro uideť cuius accusatiuo usus est plautus in captiuis. Recens inquit captum hominẽ nuperum & nouitium. Sępe sępissimus cuius cõparatiuum non est in usu. a pene penissimus inueniť apud plautũ in mustellaria: ita ne mea cõsilia peruertit penissime a penitus penitissime ut apud eundẽ. fortiuum aduectam ex arabia penitissima. Sunt qui dicent hoc suplatiuum oriri a noie penitus peniti ut idem in asinaria. Etiam ne age queso hercle usq; ex penitis faucibus. Item necesse est ut ubi superlatio ẽ ibi sit & cõparatio: ut aliquod sit maius aliquo: & item alterum maius hoc qđ erit iam maximũ omniũ. ut in troianis sunt aliqui fortes & his alii fortiores: atq; his alii adhuc qui uocantur fortissimi. Itaque nunq̃ citra tertium numerũ fit suplatõ. Item superlatiuum ponitur interdũ ꝓ positiuo tam apud: grecos quã apud latios. Vir. Optime graiugenum cui me fortuna precari. Homerus. Δικαιωτατοσ κενταυρων iustissimus centaurorũ ꝓ iustus.

S uperlatiuum quem casum exigit post se: gẽitiuum pluralem ut ęneas prestantissimus troianorum uel genitiuum pluralem nominis collectiui. Vir. O danauũ fortissime gentis titide. aliquãdo iungitur cum accusatiuo cum prepositione ante uel inter uel super ut ęneas fortissimus ante omnes uel inter omnes uel sup

omnes alios troianos. Vir. Pulcherrimus ante alios ęneas: sed hoc magis poetarũ est quã oratorum.

I tem suplatiuũ seruat casum ipsarũ prepositionũ a quibus descẽdit: ut domus mea est proxime forum: & ꝓxime domum uidi magnum quippiam.

I tẽ multo longe pro ualde adiunguntur ẽt superlatiuis: ut antonius longe amantissimus nostri: multo omniũ prętantissimus

I tẽ quisq; semper iungitur superlatiuis ut optius quisq; pessimus quisq;: & item si in diuerso casu ponant̃ sic: maxima quisq; fortitudine debet hostibus resistere: maximo quisq; animo calũniatores despicit. ualidissimi quisq; corporis paret arma. Oĩs autẽ adiungitur cõparatiuo. Quin. Seruulos penates & oĩa utiliora unde non licet dicere oẽs optimi & omnes sapientissimi: sicut non dicimus: boni quiq; & sapientes quiq;. excipiuntur ex positiuis quę superlatiuo carent ut pius & strenuus dicimus enim oĩs pius & pius quisq;. Salust. nam strenuus quisq; aut occiderat in pręlio aut grauiter uulneratus discesserat.

De coniunctionibus.

C oniunctio est pars orationis indeclinabilis cõiunctiua aliarũ ꝑtium orationis quibuscum significat uim uel ordinẽ demõstrãs

Q uomodo demonstrat uim? cũ plura simul esse significat: ut & pius & fortis fuit ęneas. oẽs eni coniunctiones cõiungunt ꝑ uim pręter eas quę secuntur ordinẽ naturę ut si ambulat moueť & re

Quomodo demonstrat ordinẽ? cũ aliquarũ significat rerũ aliqua cõsequentiã in ordine positã: ut si stertit dormit: & si ambulat moueť sequitur enim ambulationem motus.

Q uot accidunt cõiunctioni? tria: speties: figura & ordo.

Q uid ẽ speties quã alii potestatẽ appellant: quę ẽ ĩ significatione cõiunctionũ? ẽ potestas posse significare unã uel alteram rem.

Q uot sunt speties siue potestates coniunctionum? xx.

Copulatiua	Causalis	Abnegatiua.
Disiunctiua	Effectiua	Dubitatiua.
Subdisiũctiua	Aduersatiua	Approbatiua.

Continuatiua. Diminutiua. Complectiua. Subcontinuatiua. Adiunctiua. Collectiua uel rationalis uel illatiua. Distributiua. Infinita. Exceptiua. Expositiua. Additiua.

Quotuplex est figura? duplex. simplex & cõposita. simplex cum simplicem coniunctionem pronuntiamus: ut & ac: sed at: Composita uero cum nõ simplicẽ proferrimus: ut & eni: sed eni atq;

Quotuplex est ordo in coniunctione? triplex. Quędã enim sunt quę semper pręponuntur. Alie quę semper supponunt̃. Alie pene oẽs indifferenter pręponi & supponi possunt.

Et: cuius ordinis ẽ? pręposititiui nisi poetice postponat̃. Vir. Suspiciens altam lunam & sic uoce precatur: nam dici debet & suspiciẽs altam lunam.

Quę sunt coniunctiones pręposititiui ordinis? &. ac. at. ast. atque. aut. uel. nec. neq;. quin. quatenus. si. sin. seu. siue. ni. nisi.

Quę sunt cõiunctiones subiunctiui ordinis? que. ue. ne. que. sũt encletice: quidem: quoq;: autem. uero: Quędam uero aliis cõiũctionibus pręponuntur: ut atq; equidẽ memini. & nã: neq; erãt astrorũ ignes. Sciendum quod due coniunctiones naturaliter separate coniungi non possunt. tamen a poetis metri cã sepissime fit: ut multa quoq; & bello. Idem: Dixitq; & pręlia uoce diremit. Nam altera uocat.

Quid est coniunctio copulatiua? est que copulat tam sensũ quã uerba ut & sapiens & eloquens fuit cicero: & sunt hę: uidelicet &: ac: q;: at: quoq;: quando ponitur pro. &. uero. ꝓ &: autẽ ꝓ. &.

Quid copulat coniunctio copulatiua? orationes aut dictiones. Si copulat orationes: debet eas copulare aut ambas perfectas aut imperfectas: ut ego lego uirgiliũ: & ãtonius scribit lucanũ uel me uacare rhetorice & te dare operam phylosophię: est res egregia. est autẽ perfecta oratio: quę uerum uel falsũ significat Imperfecta uero est quę nec uerũ nec falsũ significat: ut ego & antonius: uel me legere & te scribere hę aũt orationes sũt false propterea quod non generant perfectum sensũ in aĩo: Cum aũt copulat dictiones debet copulare eas aut ambas declinabiles

aut indeclinabiles. Si copulat declinabiles debet copulare ĩ eo dem casu: ut diligo franciscum & antonium. Sin ideclinabiles nihil refert. Tamẽ quatuor modis ĩ dissimili casu cõiungi posse reperitur: quamuis hoc a prisciano non ponatur: primo modo cũ noĩa aduerbialiter ponunť: ut studui ꝑflorentię & pisis & fui domi & turi. Secũdo cum genitiuus primitiui iungiť cũ genitio possessiui: ut hic liber est meus & antonii: quod fit uenustatis gratia. Nã deberemus dicere ẽ meus & antoniaeus. Tertio quã do copulat adiectiuum cũ substãtiuo alterius accidẽtis: ut hic equus ẽ ferox & magne uelocitatis. Quarto & ultimo cũ uerbũ habet uim coniungendi duos diuersos casus: ut plenũ gratia: & ueritatis. quãuis dici potest quod copulet orationes.

aut. ut. siue. seu. ue. cũ ponitur pro uel. neu.

Disiunctiua ẽ quę quãuis p uim uoces cõiungat: sensum tamen disiũgit & alterã quidem rẽ esse: alterã non esse significat: ut aut est dies aut est nox: & sunt hę aut/uel/siue/seu/ue cũ poniť pro uel neu licet proprie significet: & non: tamen aliquãdo ꝑdisiun ctiua accipitur. Virgil. Ne recipi portis aut duci in męnia possit neu populum antiqua sub regione tueri. Oẽs aũt cõiunctiones disiunctiue aut indicatiue sunt aut dubitatiue. Indicatiue cũ di cimus aut est lux aut tenebrę: alterum eni fore ĩdicamus. Dubi tatiue ut aut prodest aut non prodest diuitias querere: nam de alterutro dubitamus.

Subdisiunctiua ẽ quę quãuis uocẽ disiũctiuarũ habeat: utrũq; ta men esse significat: ut Alexander siue paris rapuit helenam: hęc aũt cõiunctio aut cõiũctim coniungit aut discrete. Coniunctim fit augumẽti gratia. cũ utrum esse uel fieri significat. ut Tullius siue Ci. domuit catilinam. i. tullius qui etiã diciť cicero. Discre te fit cum diuerso tempore utrũq; tamen esse ostendit: ut tota die uel legi uel scripsi: significat enim & legere & scribere non si mul utrũq;: sed aliis horis legere: aliis scribere. Coniunctiones aũt subdisiunctiuę sunt eedem quę disiunctiue.

Continuatiua est quę continuationem & consequẽtiam rerũ pre cedentiũ ad sequẽtia cũ dubitatione secũdũ priscianũ significat

si: similiter. sin. siue. seu.

ut si: similiter sin. siue. seu. tam cõtinuatiue sunt quã causales: ꝓ prię autẽ cõtinuatiuę sunt quę significãt ordinẽ pręcedentis rei ad sequentem: ut si stertit dormit: & si egrotat pallet: & si febri uexaꝛ̃ calet. Nõ enĩ conuerso ordine in his cõsequentiã sentẽtię seruat oratio. Non enim qui dormit oĩo stertit: quomodo qui stertit dormit: nec qui calet omnino febri uexatur. nec qui mo ueꝛ̃ ambulat. Põt enĩ quis moueri & non ambulare. & hę quidẽ cõiunctiones cõtinuatiuę qualis est ordinatio & natura rerum cum aliqua dubitatione talem essentiam rerum significant.

qm. quia. nam. enim

S ubcontinuatiua ẽ quę causam cõtinuatõnis ostẽdit consequenter cum essentia rerum. i. affirmatione: & sunt quoniã. quia. & reliqua generis eiusdẽ: ut quoniã ambulat moueꝛ̃: quia sol est super terram dies est: Vtrũq; enĩ significat fieri ordine cõsequẽti. Itaq; inter continuatiuam & subcontinuatiuã hoc iterest quod continuatiua significat consequẽtiã rerũ cum dubitatione: ut si egrotat pallet. Subcõtinutia uero significat affirmatie ut: dictũ est: ut quoniã deus est substantia est. Quidam tamen & has & continuatiuas inter speties causaliũ posuerũt: quomodo & adiunctiuas & effectiuas nec irationabiliter: & cõtinuationis enĩ & subcontinuationis & effectionis ꝑ has cã ostẽdiꝛ̃ reddi. Cõtinuationis: ut si ambulat moueꝛ̃: Subcontinuationis: quia ambulat moueꝛ̃: adiũctiõis ut moueatur ambulat: effectionis mouetur ambulat enim.

si. dũ. quatenus. cum. ne: qñ ponit ꝓ ut nõ.

A diũctiua ẽ quę uerbis subiũctiuis adiungiꝛ̃: & sũt hę ut. si. dũ. quatenus. cũ. & ne quãdo ponũꝛ̃ ꝓ ut nõ quorũ exẽpla hęc sũt ut ꝑsim tibi hoc facio: Itẽ si uenias faciã: Itẽ multa quoq; & bello passus dum conderet urbẽ. dũ pro donec uel dũmodo: Item quatenus id libenter facias non curo quoquo modo facias. itẽ cũ faciam uitulam ꝓfrugibus ipse uenito. i. ut: item feci hoc ne me reprehenderes ꝓ ut nõ me reprehenderes.

nam. etenim. qm. quia.

C ausalis ẽ quę causam pręcedẽtis rei uel effectus sine dubitatõe significat: & sunt nã. enĩ. edenĩ. quoniã. quia. & alia eiusmõi multa ut doctus sum: nam legi. Inueniunꝛ̃ tamen nomia: uel ꝓno

mina: uel ẽt præpositiões: uel aduerbia quæ loco causaliũ accipi unt̃ cõiunctionũ. Noĩa ut qua causa: qua gratia: ꝓnoĩa: eo: ideo: iccirco: & quod cũ ponit̃ ꝓ qa. Pręposítiones: quapp: quãobrẽ: & quasobres. Aduerbia ut siquidẽ: eo: cũ ponit̃ ꝓ quapp. Inter causales & adiunctiuas hoc interest: ꝙ causales cũ affirmatione proferunt̃. Adiunctiuæ uero cũ dubitatione.

Effectiua ẽ quæ significat effectũ præcedẽtis causæ: ut legi nam doctus sum. Causales. n. coniunctiones & effectiuæ eædẽ sunt: sed collocatiõe narrãt̃. Nã cũ dicimus doctus sum nã legi: causalis ẽ nã: quia ostendemus causam doctrinæ. i. lectionẽ. Cum aũt dicimus: legi nã doctus sum: effectiua ẽ nã: quia demõstramus effectum lectionis. i. ipsam doctrinã.

Aduersatiua ẽ quæ aduersũ cõuenienti significat: ut ego diligo te: tu tamẽ habes me odio. nã amor & odiũ contraria sunt: & sunt q̃q̃: tam&si: &si: etiãsi: q̃uis: licet cũ ponit̃ ꝓ q̃uis: tamẽ: attamẽ: uerũtamẽ: nihilomius: ceterũ cũ ponit̃ sed: at: ast: sed: aũt: uero: & saltẽ secũdũ priscianũ q allegat textũ maronis: ut Saltẽ siqua mihi & cætera. Et copulãt orationes & non dictiones: & rectius cũ indicatiuo q̃ cũ subiunctiuo iungũt̃: ut q̃q̃ facio & non faciã licet & quãuis utriqꝫ possunt adherere: sed melius cũ subiunctiuo q̃ indicatiuo copulãt̃: & oẽs ĩpediunt uerbũ principale: præter tamẽ & nihilominus: quæ semꝑ postponunt̃ ĩ oratione.

Diminutiua ẽ quæ diminutionẽ rei significat: & sunt saltẽ: at: uel: quãdo ponit̃ ꝓ saltem: ut si nõ potes dare mihi aureũ saltẽ accomoda argentũ. & si nõ potes uacare phylosophiæ: saltẽ da operã rhetoricæ. At significat ẽt diminutionem. Virg. Si te nulla manet tantæ pietatis imago: at ramum hũc agnoscas &cætera: at ꝓ saltẽ. Itẽ uel: ꝓ diminutiua ponet̃: ut si non illud uel hoc facito. Item neqꝫ: interdum ꝓ diminutiua ut quibusdam placet reperitur: ut nec una hora negligit lucrũ: neqꝫ unũ assem præstet egenti. neqꝫ ꝓ saltem.

Abnegatiua est quæ ostendit aliquid fieri posse: nisi aliqua causa impediat: ut dedissem si habuissẽ: & faciã si potero. Itẽ gaudeat

nam. quia.

quãq. tã&si. et si. etiamsi. q̃uis. licet. tamen. attamen. uerũtamen. nihilominus. ceterũ. at. ast. sed. aũt. uero.

saltem. at. uel. cũ ponit̃ ꝓ saltem

si

priamus si audeat. Et dicitur abnegatiua eo ꝙ aliquãtulum negat: nec enim plene negat: neq; affirmat: quæ quidem a dialecticis condictionalis appellatur. & est solũmodo una: uidelicet: si. Sciendum est ꝙ si. cum adiungitur modo indicatiuo tunc est cõiunctio continuatiua seu condictionalis: ut si tu es malus & iniquus: mirum non est. Cum uero iungitur subiunctiuo est abnegatiua: ut comederem si haberem. q. d. nõ cõmedo quia non habeo: & continetur sub adiunctiua. Nã si. potest esse continuatia adiunctiua: approbatiua: causalis: aduersatiua: & aduerbiũ.

Dubitatiua est quæ dubitationem significat: qua quidem utimur cum dubitamus utrum magis hoc q̃ illud faciendum sit: & ut plurimum iũgitur indicatiuo: frequentissime etiam ponitur interrogatiue. Virg. pyrrhin connubia seruas. Idem. Eloquar an sileam. & sunt hę an: ne: annõ: nõne: anne correpta: necne: nunqd utrum.

Approbatiua est quæ rem antedictam approbat: & sũt equidẽ: si: certe: ꝑfecto: ꝓculdubio: quippe: utiq;: uidelicet: scilicet quãdo ponitur pro certe: sed equidem est uera approbatiua. Virg. Equidem merui: nec deprecor inquit. Si: est approbatiua. Vir. Siquid iustitiæ ẽ mẽs sibi conscia recti. Idem. Si concessa pero: si dant ea męnia parce. si pro quia. Notandum quod si. cum est approbatiua ponitur pro quia: & modis indicatiuis adiũgitur: cum aliis autem modis potest esse causalis uel effectiua.

Complectiua est quę gratia ornatus aut metri necessitate ponitur & sunt cum: tum: uero: autem: quidem: quoque: ne: q;: tandem & demum. Sed proprie complectiuæ sunt cum: & tum: quę ideo dicuntur complectiuæ: quia plenam & ornatam reddunt orationem siue metrum. Est autem animaduertẽdum quod hæc complectiua cum: semper præcedit: & ĩ eo est quiddã minus. in tum quiddam maius: & hoc fit duobus modis: ut aut generale aliqd præcedat: sequaẽ spetiale: aut ambo sint spetialia primo modo sic: Ca. Læ. amat scipionem: cum ob doctrinam eius: tum pp uirtutem: uirtus enim ĩ hac beniuolentia plus momenti habet.

nũquid. utrum: an. ne. an non. nõne. anne. nec ne.

equidem. si. certe. profecto. ꝓculdubio. quippe. utiq;. uidelicet. scilicet.

cum. tum. uero. autem. quidem. quoq;. ne. q;. tandem. demũ.

decoiunctionibus

Altero modo sic ut apud Quintilianum. Quod opus marcelle uictori tibi dicamus: quem cũ amicissimum nobis: tum eximio amore flagrantem dignissimum iudicabimus: & fere semper exigunt indicatiuum. Item tum: sępe ponitur sine cum: geminatũ: triplicatum & in longum multiplicatum: sed hoc fit i rebus paribus. Interdum ponitur pro aliquando: ut tum hoc tum illud dicas. i. aliquando hoc aliquando illud: uel modo hoc modo illud.

Collectiua uel rationalis uel illatiua est quæ ex supradictis aliqd per illationem colligit: idest ratione confirmat: Cicero pro. Q. Ligario: Habes igitur tubere quod ẽ accusatori maxime optandum confitenter uerum. Lucanus in viiii. Ergo pari uoto gessisti bella iuuentus. & sunt igitur: ergo: itaq;: quin cum ponitur pro ergo. Vir. Quin morere ut merita es. alioquin: immo: atqui utiq;: proin. Virg. Proin tona eloquio. Quidam addunt etiam: q̃obrem: quasobres: quocirca: iccirco: quapropter: ideo: ideoq;: proinde. Nam hæ quoq; per illationem supradicta colligũt: hoc est ratione cõfirmãt: ut supra dictũ est.

igit. ergo. itaq. quin. alioquin. imo. atqui. utiq;. qcirca. iccirco. quapp. ideo.

Disertiua uel electiua est quæ ostendit nos ex diuersis propositis unum eligere & alterum refutare: ut diues uolo esse q̃ pauper. Terent. Quæ inhoneste hic uoluit diuitias parare q̃ honeste ĩ patria uitam ducere. & solummodo una inuenitur disertiua: uidelicet q̃.

q̃.

Infinita est quæ habet uim reducendi modum infinitum ad modum finitum: ut uolo te legere: idest uolo quod tu legas: & sũt ut: quod: quin: quo: quãdo ponitur pro quod: & nedum etiam accipitur pro cõiũctiõe infinita: & duobus modis uti solemus Primo modo cum utranq; sententiam uno uerbo claudimus: & hoc pacto affirmatiue & negatiue ꝓferimus: & ĩ affirmatione id quod plus ẽ & maioris momenti ĩ prima parte collocamus: ut ego per te funderem sanguinem nedum pecuniam: plus. n. est fundere sanguinem q̃ pecuniam. In negatiõe uero cõtra fit: ut ego pro te nõ amitterem nummũ nedum uitã. Altero modo

quod. quin. quo. nedum et.

cũm utriq; clausulę damus suum uerbum: & eodem pacto ponit̃ affirmatiue: ut crederem tibi uitã nedum darem tibi pecuniã. Negatiue non darem tibi obolum nedum pro te sãguinem funderem. Item non debemus hanc dictionem pręponere: ut quidam faciunt dicẽtes: nedum pro te laborarem: sed etiam mortẽ subirem: quod dicẽdum erat: mortem pro te subirem: nedum laborarem. aut nõ solum aut nõ modo erat utendum: sed conuerso ordine. Nã quod maioris põderis est: in fine ponitur affirmatiue: ut nõ solum pro te pecuniam funderẽ: sed etiam sanguinẽ. Item nõ modo tibi pecuniam crederẽ: uerumetiã sanguinẽ funderẽ. Negatiue aũt dicimus: nõ modo pro te sanguinẽ nõ perderem: sed nec pecuniam. Item dicimus nõ tantum pro te sanguinẽ nõ perderẽ: sed nec pecuniam. Item nõ tãtum pro te sanguinem nõ funderem: uerumetiã ne obolum quidem tibi crederẽ. Differũt igitur inter se. Nedum enim semper auget: atq; præpollet alteri parti: cui adhęret. Nonmodo aũt: nõ solum: & nõ tantũ equiperant. Deinde sciendũ est quod coniunctio infinita est fere eadẽ quod adiunctiua: nisi quod infinita iũgitur indicatiuis modis & semper præponitur: ut Cicero: Quod scire uis qua quisq; in te fide & uoluntate: difficile dictu est de singulis. Adiunctiua uero subiunctiuis: ut uolo quod tu facias: quod tu uenias: & eiusmodi.

Exceptiua est quæ ex his quæ dicta aut dicenda sunt aliquid excipit: ut nos omnes uacamus litteris præter antonium: & sunt præter: præterq̃: & nisi. Fit aũt exceptio duobus modis. Aut. n. per affirmationem toti: ut omnes mei discipuli legũt nisi antonius. Aut per negationem: ut nullus uestrum recte respondit nisi tu. Est etiam illud animaduertendũ ꝙ nisi: & præterq̃: semper adiungunt̃ illis casibus quos requirit uerbũ præcedens: ut oẽs discesserunt præterq̃ antonius: uel nisi antonius: & audiui oẽs præterq̃ antoniũ uel nisi antoniũ. Aliquando præterq̃ adiungitur coniunctioni infinitæ: ut præterq̃ quod: & significat quod uulgo dicimus sanzache: ut est apud Liuiũ multis locis. Præter

preter. pret̃q̃.
nisi:

autem semper requirit accusatiuum: ut dictũ est. Item: nisi: quoties est in principio clausulæ adiungitur indicatiuo: alias uero subiunctiuo. Quintilianus. Nisi forte imperatorẽ quis idoneũ credit in prelis quidem strenuum & fortem. Cum uero postponitur: sic dicimus: uapulabis certe nisi recte dixeris: uel nisi recte dicis: uel nisi recte dicas. Est autem duplex exceptio. Explicita & implicita. Explicita cum non impedit uerbum principale: ut omnes discipuli legunt nisi antonius. Implicita uero contra: ut seruirem tibi nisi esses malus: nisi ponitur tunc pro si: & propterea deest uerbũ prĩcipale. i. seruirẽ tibi si nõ esses malus. si. p qa.

Expositiua est quę dicta uel dicẽda sunt obscurius apertius exponit: & sunt quatuor. idest: hoc est: scilicet: uidelicet. ut quatuor sunt uirtutes scilicet prudentia: iustitia; fortitudo: modestia. & semper dictio exponẽs & dictio exposita debent esse in eodem casu.

idest. hoc est. scilicet. uidelicet.

Additiua est quæ aliquid addit iis quæ dicta aut dicenda sunt: & sunt etiam: &: pro etiã: & quoq;: ut nõ solum lego: sed etiam scribo. Item: &: geminata ponitur additiue cum duo substantiua sequuntur post adiectiuũ: quibus sequentibus præponimus uel tum geminatũ uel duplicatũ. &. exempli gratia Africanus optimus tum patriæ defensor: tum gubernator. Itẽ singularis & uir & imperator. Interdum conuerso ordine uni sustantiuo præposito duo adiectiua aut plura deseruiunt: ut uir tum bonus tum pius. Itẽ imperator & callidus & fortis: & sic multa his similia.

etiam. quoq;. et & et. tum.

Figura quam græci σχημα uocant est uitium cum ratione necessitatis ornatus ue gratia factum.

De figuris.

Quotuplex est σχημα? duplex. lexeos & dianoeas.

Quid ẽ σχημα lexeos? ẽ ordo uerborũ aliter q̃ debet figuratus: metri aut decoris aut emphasis gratia: & ad grãmaticos ptinet.

Quid est σχημα dianoeas? est ornatus sententiarum uel cogitationis & sensus: & ptinet ad oratores dumtaxat.

Quotuplex est σχημα lexeos? trpilex. dictiõis: locutiõis: & constructionis.

De figuris

Q uot sunt figuræ constructionis? octo. ꝓlepsis: sylepsis: zeuma: synthesis: antiptosis: euocatio: appositio: synecdoche.

P rolepsis est attributio proprietatis uni toti ī suas partes diuisiõ Quinq; requiruntur in prolepsi. Totum: partes eius: determinationes partium: proprietas uerbi aut adiectiui: & ordo: ut aquilę uolant una sursum altera deorsum. Duplex est prolepsis. Explicita & implicita. Explicita est in qua sunt omnia requisita: ut cerui currunt unus tarde alter uelociter. Implicita est in qua tacentur aliqua: ut homines inuident alter alteri.

S ylepsis est diuersorum generum sub plurali ꝓprietate cõceptio. Quinq; requiruntur in sylepsi. Dictio cõcipiens: dictio cõcepta ꝓprietas pluralis numeri: copula: & ꝙ proprietas cõcordet cum dictione cõcipiente & discordet a dictione cõcepta. In quatuor accidentibus fit sylepsis. In genere: in numero: in persona: & in casu. In genere cum masculinum genus concipit fęmininum: ut rex & regina albi. Et aliquando neutrum: ut domus & mãcipiũ nefandi. Item cũ fęmeninũ cõcipit neutrũ: ut urbs & totum imperium. Item cum neutrum genus cõcipit masculinum & fęmeninum ratione maioris significati ut malleus & securis & alia ferramenta fabrilia. In numero cum numerus pluralis concipit singularem: ut milites & imperator pugnant. In persona cũ prima persona concipit secundam & tertiam: ut ego & tu & antonius legimus: & cum secunda cõcipit tertiam: ut tu & antonius legitis. sed non conuerso ordine: quia tertia persona non concipit primam nec secundam. In casu cum rectus. i. nominatiuus concipit obliquos præter accusatiuum: ut cana fides & uesta remo cum fratre quirinus iura dabũt. Idem epitus & pelias mecũ diuellimur inde. Duplex est sylepsis. Directa & indirecta. Directa est cum fit per similes casus: ut uirum & uxorem decet esse ꝓbos. Indirecta uero ē cum p dissimiles casus: ut antonius mecũ currimus: q̃a tũc ntũs cõcipit ablтũm cũ hac prępositiõe cũ.

Zeuma ē unius proprietatis ad diuersas qualitates facta redditio ita quod cũ uno cõcordet & ab altero discordet. Quinq; reqrũt

in zeumate. aliqua diuersa substãtiua: copula: proprietas singu laris numeri: redditio proprietatis uni per prius. i. per dignius & alteri per posterius. i. per minus dignum: & quod proprietas cõcordet cum digniori: & discordet ab indigniori: ut ego & antonius lego. In tribus accidentibus fit zeuma. In persona: in genere: in numero. In persona ut ego & tu scribo. In genere ut uir & uxor honesta ad me uenit. Item imber & grando & fulmen horrendum. In numero ut milites & imperator pugnat. Virg. Sociis & rege recepto. Fit autem in tribus locis. In principio ut scribo ego & tu. In medio ut ego scribo & tu. In fine ut ego & tu scribo.

Synthesis est attributio proprietatis uni subiecto uel pluribus copulatis: non gratia uocis sed significati. Tria requiruntur in synthesi. Vnum subiectum uel plura copulata: ꝓprietas: attributio proprietatis discordans in uoce & concordans in significato. Fit aũt hæc figura in tribus accidentibus. In genere: in numero & in utroq;. In genere fit in his nominibus. prægnãs: fęta: puerpera: & siqua sunt alia: ut passer prægnans: anser fęta. Item triste lupus stabulis. In numero ut scipio & lelius disputant: & pars in frustra secant. In utroq; simul ut turba proterui. Virg. Hic manus ob patriam pugnando uulnera passi.

Antiptosis est positio casus pro casu ad aliquam proprietatem. i. aliquem respectum: ut de uino nõ est in dolio. Tria requirunt̃ ĩ antiptosi. Vnum subiectum: una proprietas: & quod casus pro casu ponatur.

Euocatio est attributio proprietatis cuidam rei demonstratæ per demonstrans. Quatuor requiruntur in euocatione. Dictio euocans primæ uel secundæ personæ: dictio euocata tertiæ personæ absentia copulę: & proprietas uerbi primæ uel secundę personę ut ego antonius scribo. Fitq; etiam in plurali: ut nos homines currimus.

Appositio est immediata sustantiuorum coniunctio. Tria requĩruntur ĩ appositione. Dictio apponẽs: idest determinãs: dictio

Defiguris

apposita : idest determinata:proprietas : ut Cæsar uir fortis . Fit aũt tribus de causis. aut enim generalitatis restringendæ ut animal homo disputat:aut equiuocationis tollendæ ut canis stella lucet:& murex piscis natat:aut proprietatis attribuendæ ut cicero orator summus. Sed illud ē notãdum ꝙ cũ subiectum præponitur tũc fit proprietatis attribuẽdæ:ut Vlyxes uir astutus & callidus. Cũ uero postponitur fit generalitatis restringẽdæ:ut uir astutus & callidus ulyxes. Præterea dictio apponens & dictio apposita semper debẽt esse in eodẽ casu.

Synecdoche ē cum ꝓprietas partis attribuitur toti. Tria requirũť in synecdoche:totum:pars quæ semper sit accusatiui casus:& ꝓprietas:ut mulier flaua capillos.i.mulier habẽs capillos flauos Notandum ꝙ hæc figura utplurimũ fit in participiis apud latinos:ut oculos suffusa nitẽtes.& alibi:nuda genu nodoq; sinus collecta fluentes. Apud græcos uero in omnibus adiectiuis.

Barbarisimus ē una pars orõnis uitiosa in cõmuni sermone:in poemate uero metplasmus. Itẽq; in nostra loquela barbarisimus:in peregrina uero barbaralexis. barbara enim lexis tota peregrina est dictio:ut gara:mastruca quod ē uocabulũ sardum: Cicero ꝓ M. Scauro quem purpura regalis non cõmouit eũ mastruca mutauit. Item magaria:acinatis:cateia.

Quot modis fit barbarisimus?duobus modis:scripto & pronuntiatione. His bipartitis quatuor species reperiuntur. Additio: detractio:immutatio & transmutatio litteræ syllabæ:temporis toni & aspirationis.

Per additionem litteræ fiunt barbarisimi:ut relliquias danaum: cũ reliquias ꝑ unum l. dicere debeamus .Syllabę ut nos abiisse rati pro abiuisse. Temporis ut italiam fato:cum italiam correpta prima syllaba dicere debeamus.

Per detractionem litteræ ut infantibu paruis pro infantibus . Syllabæ ut salmentum pro salsamẽtum. Temporis ut unius obnoxam correpte pro unius producte.

P er immutationem litteræ : ut olli pro illi . Syllabæ ut leriquias

ꝑ reliquias: pernuces ꝑ pnices. temporis: ut feruere leucaten: cũ feruere sit secũdę cõiugationis & producte dici debeat.

P er trãsmutationem litterę: ut euandre pro euander: syllabe: ut displicina pro disciplina. temporis: ut siquis deos producta pri ori syllaba & correpta posteriori pronumptiet: uel ecõuerso: ut maria prima correpta & secunda ꝑducta: cũ prima sit longa secũ da uero breuis. toni quoq; similiter p has quatuor species com mutant̃. Nã & ipsi adiiciunt̃/ detrahunt̃/ mutant̃/ & transmutant̃ Quorum exempla ultro se offerunt siquis inquirat.

De aspiratione

Q uot modis cõmittit̃ barbarismus per aspirationẽ? totidẽ etiam mõis aspiratõe dephẽdit̃ barbarismus quã tã inpronũptiãdo q̃ in scribendo & adhibere & tollere possumus: quãquã non sit littera sed aspirationis nota: ut ueteres sine aspiratione ędos ir cosq; dixerunt: & graccos & triunfos: erupit: deinde nimius usus: ut chorone chẽturiones/ pręchones dicerent̃ & mehe ꝑme ut quibusdã ad huc inscriptionibus uideri potest.

Q uomodo committit̃ barbarismus preter antedictos modos? p malas cõpositiones: quę a gręcis apellant̃ cacosyntheta: quę ui tia non ulli barbarismum esse putãt.

Q uot sunt species male compositionis? quinque. Metacismi: lab dacisimi/ iotacismi/ hyatus/ collisiones uocalium & cõsonantiũ & omnia quę plus ęquo minusue sonantia ab eruditis auribus respuuntur.

Q uid est metacismus? est cum uocalis. m. litteram sequitur ut bo num aurum: & iustum amicum.

Q uid est iotacismus? est cum in iota littera geminatur sonus: ut troia. ubi earundem litterarum adeo exilis est pronumptiatio ut una littera non duę sonare uidentur.

Q uid est labdacismus? est cum uocalis. l. litteram sequitur: ut as drubal amilcharis: hanibal amonis.

Q uid est hyatus? Est grassus sonus uocalium: ut hiasco

Ic signis

appiastrum maiestas.

Q uid est collisio uocaliũ? est cũ uocalis sequitur uocalẽ: ut Atq; ea diuersa peitus dum pte gerunť q agręcis appellať synalipha

Q uid est collisio cõsonantium? est cum post cõsonantẽ sequitur uocalis: ut multum ille & terris: ut dictum est: quę a gręcis ap pelatur elipsis.

S olęcismus ẽ uitiũ ĩ contextũ partiũ orationis: cõtra regulã artis grãmaticę factum & diciť gręce λονοὔαικίσμοσ .i. ĩtegri sermo nis corruptio uel a ciuitate cilicię quę sole olim dicebať: nunc põpeiopolis nominať: cuius incole quia sermone corrupto loq̃ banť. Similiter uitiose loquentes apud atheniẽses solęcismi di cebanť: uel a solone legum auctore q ĩdifferẽter locutus est.

Q uid intrest ĩter solęcismum & barbarismũ: Solęcismus fit cũ dic tiones inter se discrepantes aut ĩcõsequẽtes sunt. Barbarismus autẽ fit in singulis dictionibus male scriptis aut pronũptiatis

Q uot modis fit solęcismus? duobus modis: aut per partes ora tionis. aut per accidentia partium eiusdem.

P er partes orationis cũ una pro alia ponitur: ut toruũq; repente clamat pro torue: quod uitiũ fit etiã ĩ eadem parte orõis: cũ prę positio p prępositõe poniť: ut cui tantum de te licuit pro in te & eo apud amicum pad amicum & ex eo foris pro foras: & ĩtro sum pro intus.

P er accidẽtia partium orationis: cum non seruãtur accidẽtia par tiũ & fiunt tot modis solęcismi quot sunt accidẽtia partium: Nã p qualitates nominũ fiũt. ut hauriat hũc oculis ignẽ crude lis ab altõ dardanus p dardanius: ppriũ p appellatiuo posuit. Per genera cũ nõ seruanť genera: ut ualidi salices pro ualidę: & amarę cortices p amari. & collus collaria caret pro collum & col lario.

P er numeros cum ponitur numerus pro nũmero: ut pars in fru stra secant pro secat.

P er comparationes ut respondit iuno saturnia sancta dearum p sanctissima.

P er casus:ut urbem quam statuo uestra est:per urbs.
P er modos uerborũ:ut itis paratis arma quã primũ uiri pro ite & parate arma. Indicatiuum pro imperatiuo posuit.
P er significationes uerborum:ut expoliantur eos & corpora nuda relinquunt pro expoliant.
P er tempora:ut ceciditq; superbum iliũ:& oĩs humo fumat neptunnia troia:pro fumauit.
P er personas:ut danai qui parent atridis quãprimũ arma sumite.pro paretis.
P er pręposítiones:cum una pro alia ponitur:ut sub lucẽ ibant ꝓ ante lucem ibant:aut necessario subtrahitur:ut Siluis te tyrrhene feras agitare putasti pro insiluis.
P er aduerbia:cum alterũ pro altero ponitur:ut in ĩtus eo ꝓ ĩtro & italia uenio ꝓ de italia:& ad romã uado pro romam.
P er coniunctiones:cum una pro altera ponitur ut subiectisq; urere flãmis.q3.pro.ue:aut pro uel.
F it ẽt p ordinẽ coniunctionũ:cum non seruaẽ ordo cõiunctionũ ut cũ dicimus.aũt fieri nõ debet:ꝓ nõ autem fieri debet.
F iunt pręterea solęcismi pluribus modis: quos reprębendẽdo potius quam imitãdo possumus annotare. Item solęcismus est in prosa. In poemate uero schema dicitur uitiis
C um barbarismo & solęcismo uitia nominantur hoc modo.acyrologia.cacephaton.pleonasmos.perisologia.Macrologia. tantologia.eclipsis.tapinosis.cacosyntheton.amphibologia.
A cyrologia est impropria dictionis positio:ut hunc ego si potuĩ tantum sperare dolorem pro timere.
C acephaton est obscena pronuntiatio uel in composita dictione uel in uno uerbo:ut numerum cum nauibus ęquat:& arrige aures pamphile.
P leonasmos est adiectio superuacua ad plenam significationem ut sic ore locuta est.
P erisologia est adiectio uerborũ superuacua sine ulla ui rerum ut ibant qua poterant & qua non poterant ibant.

Macrologia est longa sententia res nō necessarias cōprehēdēs ut legati nō īpetrata pace retro unde uenerunt reuersi sunt.
Tantologia est eiusdem dictionis repetitio uitiosa ut egomet ipse uenio:
Eclipsis est defectus quidam necessarie dictionis quam desiderat pręcisa sententia: ut hec secum: deest loquebantur.
Tapinosis est humilitas magne rei: non id agente sententia qđ demonstrat: ut penitusq; cauernas ingentes: utrūq; armato milite cōplent. i. multe legiones armatorū militū īplerunt multas cauernas. Et dulychias uexasse rates in gurgite uasto. Et pelidę stomachum cedere nescii.
Cacosyntheton est uitiosa dictionū compositio: ut uersaq; iuuē/cum terga fatigamus hasta.
Amphibologia est ambiguitas dictionis: quę fit per accusatiuū ut siquis dicat audio socratem amare platonem. Aut p uerbum ut crimīatur cato. Vadatur Tullius: nec addatur quē uel a quo Aut per participium: ut uideo statuam auream hastam tenentē Fit etiam per omonyma: ut siquis dicat aciem nec addat oculorum: aut exercitus aut ferri fit: preterea pluribus modis quos recensere omnes: ne nimis longum esset non oportet.
Metaplasmus est transformatio quedam recti solitiq; sermonis in alterā spetiem: metri ornatus necessitatisue causa: cuius species sunt. xiiii.
Prosthesis. Apheresis. Epenthesis. Syncopa. Paragoge. Apocope.
Prosthesis est appositio quedam ad principium dictionis litterę uel syllabę ut gnatę pro natę & tetulit pro tulit.
Aphęresis est ablatio de principio dictionis litterę uel syllabę cōtraria prosthesi: ut mitte pro dimitte & temno pro contemno:
Epenthesis est positio quedam litterę uel syllabę ad mediā dictionem ut relliquias pro reliquias: & imduperator pro imperator hanc aūt alii epenthesim alii parenthesim uocant.
Syncopa est ablatio litterę uel syllabę de media dictione cōtraria

epenthesi: ut audacter pro audaciter: & cõmorat ꝑ cõmouerat.
Paragoge ē appositio quædā litteræ uel syllabæ ad finē dictionis ut magis pro mage & potestur pro põt. hāc alii paralepsim: alii prolepsim. i. præsumptionem uocāt.
Apocope est ablatio litteræ uel sillabę de fine dictionis contraria paragogæ ut achilli pro achillis: & possis pro possitis: & pores pro potestis.
Ectasis est extensio syllabæ contra naturam uerbi: ut italiam fato ꝓfugus: cum italiā prima syllaba correpta dicere debeamus.
Systole est correptio syllabæ contra naturam uerbi facta contraria ectasi: ut aquosus orion ꝑ orion producte
Dieresis est diuisio unius syllabæ in duas: ut albai longai ꝑ albe longe: & aulai in medio libabant pocula bacchi ꝑ aule.
Synęresis uel epysynalimphe ē cōglutinatio duarū syllabarum in unā cōtraria dyęresi: ut pheton ꝑ phaerō & eripedē ꝑ aeripedē.
Synalipha ē ꝑ interēptionem cōcurrētium inter se uocaliū lubrica quędā leuisq; collisio: ut Atq; ea diuersa penitus dū parte gerūt̃ hæc a quibusdā synęresis uel collisio nuncupat̃.
Ectlisis est consonantiū cū uocalibus aspere cōcurrentibus: difficilis ac dura collisio: ut littora: multū ille & terris iactatus & alto.
Anthithesis ē litteræ ꝑ littera positio: ut olli subridens ꝑ illi.
Methathesis ē trāsformatio litterarū i alio loco: nulla tamē littera ex ea dictiōe sublata: ut euādre ꝑ euander & tymbre ꝑ tymber.
Schemata lexeos & dianoeas sunt quędā figuræ uerborū & sententiarū. Sed dianoeas ad oratores ptinent: ad grāmaticos uero lexeos: ut supra dictū est. Quę cū multa sint ex oībus fere necessariæ sunt. xvii. scilicet: ꝓlepsis: zeuma: hipozeusis: sylepsis: anadiplosis: anaphora: epanelepsis: epizeusis: paranomasia: schesionomaton: uel synthisionomatō: paranomeon: omoeteleuton: homoptoton: polisyntheton: hirmos: polyptoton: dyaliton.
Prolepsis est pręsumptio rerū ordine secutarū: ut Interea reges ingenti mole latinus ꝓcedunt castris.
Zeuma est unius uerbi cōclusio diuersis clausulis apte coniuncta

De figuris.

ut troiugena interpres diuũ: q̃ numina phoebi q̃ tripodas dari lauros: qui sydera sentis.

Hypozeusis ẽ figura superiori cõtraria: ubi diuersa uerba singulis clausulis reddũtᷣ: ut regẽ adiit memorat nomẽq; genusq;.

Sylepsis ẽ diuersarũ clausularũ ꝑ unũ uerbũ cõglutinata cõceptio ut hic illius arma: hic currus fuit.

Anadiplosis est geminatio dictionis: quæ ex ultimo loco præcẽdẽtis uersus & principio sequẽtis iteratᷣ: ut sequitᷣ pulcherrimus astur: Astur equo fidens.

Anaphora est relatio eiusdẽ uerbi ꝑ principiũ plurimorũ uersuũ: ut Nate meæ uires: mea magna potẽtia solus: Nate patris sũmi qui tela typhoea temnis.

Epanalepsis ẽ uerbi in principio positi uersus ĩ eiusdẽ fine repetitio: ut multa super priamo rogitans: super hectore multa. Ante etiã sceptrũ dictæi regis & ante.

Epizeusis est eiusdẽ uerbi ĩ eodẽ uersu sine aliqua dilatione geminatio: ut meme adsum q̃ feci in me cõuertite ferrũ.

Parnomasia ẽ ueluti quædam denominatio uel quotiẽs aliud nomẽ efficitᷣ de alio: ut nã inceptio ẽ amentiũ haud amantiũ.

Schesionomaton ẽ multitudo nominũ cõiũctorũ eodẽ habitu copulandi: ut Marsia manus: peligna cohors: festina uirũ uis. Idẽ nubila: nix: grando: ꝓcella: fulmina: uenti.

Paranomeon ẽ cũ diuersa noĩa ab eisdem litteris summũtᷣ: ut O tite tute tati tibi tanta tyranne tulisti.

Omoeoteleuton ẽ cũ simili mõ dictiones plurimæ finiuntᷣ: ut eos reduci: q̃ relinq: deuehi q̃ deseri malui. Itẽ uade age nate uoca. Itẽ abiit: excessit: euasit: eripuit. Fit etiã hæc schema quotiẽs media & postrema uersus finẽ consimili mõ sententiæ terminãt: ut melius ẽ uidere quod cupias q̃ desiderare quod nescias. hac figura & poetæ & oratores sæpissime utuntᷣ.

Omoeoptoton ẽ cũ ĩ casus similes exeũt diuersa uerba: ut mœrentes: flentes: lachrymantes: comitantes.

Polyptoton est multitudo casuum uarietate distincta: ut littora·

littoribus contraria fluctibus undas. Imprecor arma armis pu gnēt ipsiq; nepotes.

Hirmos ē series orōnis cōtinue tenorē suū usq; ad ultimū seruās: ut principio cælum ac terras, cāposq; liquentes.

Polysyntheton ē dictio multis nexa cōiūctiōibus: ut Athamasq; thoasq; pelidesq; neoptolemus: primusq; machaon.

Dialyton siue asyntheton ē figura cōtraria supiori carēs cōiūctio nibus: ut Ite, ferte citi flamas: date tela impellite remos.

Tropus ē dictio trāslata a ꝓpria significatiōe ad īpropriā ornatus necessitatis ue cā. Sūt aūt. xiii. Metaphora: catachresis: metalep sis: metonomia: antonomasia: epitheton: sinecdoche: onomato peia: periphrasis: hyperbaton: hypbole: allegoria: homozeusis.

Metaphora ē rerū uerborūq; trāslatio: quę fit quatuor modis. Ab animali ad aīale: ab inaīali ad inaiale: ab inaīali ad animale: ab animali ad inanimale.

Ab animali ad aīale: ut Typhim aurigā celeres fecere carinæ. Nā auriga & gubernator nauis animā habēt.

Ab inanimali ad inaīale: ut pelagus tenuere rates. Nā rates aīam nō habēt neq; pelagus.

Ab inaīali ad aīale: ut atlantis cinctū assidue cui nubibus atris pi niferū caput & uēto pulsatur & imbri. Nā mors aīam nō hēt: cui mēbra hoīs attribuunī.

Ab aīali ad inanimale: ut Si tātū pectore robur cōcipis. Nā robur animā nō hēt: cū Turnus cui hæc dicunī: aīam hēat. Scire debe mus alias metaphoras eē reciprocas: alias aūt eē partis unius. Reciprocas: ut altū mare: & ꝓfūdū cælū. Possumus. n. cōuertere: altū cælū: ꝓfūdū mare. Herbæ florēt: iuuenes pubēt: & cōuersio ordine: herbæ pubēt: iuuenes florent. Alias ptis unius: ut sege tes fluctuāt: uites germināt: uolitāt nubes.

Catachresis ē usurpatio noīs alieni: ut parricidā dicimus qui occi dit fratrē & alios: & piscinā quæ pisces non hēt: & rates ꝓ naui bus: quæ a latinis dicī abusio.

Metalepsis ē dictio pergēs gradatim ad id qđ ostēdit: ut spelūcis

abdidit atris hoc metuens. Et post aliquot mea regna uidens mirabor aristas.

Metonomia ē dictio quædā ueluti transnominatio. Huius autem multæ sunt spēs. Aut enī ponit̄ id quod cōtinet ꝓ eo quod cōtinet̄: ut Nunc pateras libate ioui. Aut contra. Crateres magnos statuūt & uina coronāt. Aut per inuentorē ostendit̄ quod inuētū est: ut sine cerere & baccho friget uenus. Aut cōtra: ut uinūq; precamur. Nā deus ē præsens. Aut ꝑ efficientē effectū: ut pigrum frigus pallida mors. Aut ꝑ effectū efficiens: ut frena spumāt.

Antonomasia ē significatio uice nois posita: q̄ fit tribus modis. Ab aīo: ut magnanimus āchisiades. A corpore: ut Ipse arduus altaq; pulsat sydera. Extrinsecus: ut infelix puer atq; impar congressus achilli.

Epitheton ē suppositio dictiōis cū ꝓprio noīe. Nā antonomasia uicē nois sustinet. Epitheton nūq̄ ē sine ꝓprio noīe: ut dira celæno & dia camilla. Fit ēt tribus modis. Ab aīo: a corpore: & extrīsecus. His duobus tropis uel uitupamus aliquē: uel ostēdimus cū ornamus: uel laudamus. Aut fit tribus de causis: aut discretionis ut phrigie molimur montibus ide. Aut ꝓprietatis ut terribili ī pexū seta dentibus atris. Aut ornatus ut alma uenus.

Sinecdoche ē significatio pleni ītellectus capax: cū plus minusue ꝓnūtiat. Aut.n.a parte totū ostendit: ut puppesq; tuæ pubesq; tuorū. Aut cōtra ptē a toto: ut ipsius āte oculos ingēs a uertice pōtus In puppim ferit: & alibi fōteq; ignēq; ferebāt. Meminisse aūt debemus ꝙ quādo fit a pte totū ab īsigniori pte faciēdū ē.

Onomatopeia ē nomē de sono factū: ut clamorq; clāgorq; tubarū tinnitus æris. Atq; leuē stipulā crepitantibus urere flāmis.

Periphrasis ē circūlocutio q̄dā: q̄ fit aut ornādæ rei cā: q̄ pulchra ē aut uitupandę quę turpis ē: ut iā pria nouo spargebat lumīe terras. Titoni croceum linquens aurora cubile. Et hoc faciunt nimio ne luxu optusior usu: Sit genitali aruo: & sulcos oblimet inertes.

Hyperbaton ē trāslatio q̄dā uerborū ordinē perturbās: cuius spēs

sunt quinque: hysterologia siue histeron proteron: anastrophe: parenthesis: temesis: synthesis.

Hysterologia: siue histeron proteron ē sententiæ cū uerbis ordo mutatus: ut & cererē torrere parant & frangere saxo.

Anastrophe ē uerborū tantū ordo præposterus: ut italiam contra pro contra italiā.

Parēthesis ē interposita formatio diuersæ sentētiæ: ut æneas (neque enī patrius cōsistere mentē passus amor) rapidum ad naues præmittit achates.

Temesis ē unius cōpositi uel simplicis uerbi sectio: una dictione uel pluribus interiectis: ut septē subiecta trioni. Et saxo cere cōminuit brum. Et massili portāt iuuenes ad littora tanas: pro cerebrū & massilitanas. Sed in dictionibus simplicibus uitiosum ē & a latinitate penitus alienū.

Synthesis ē hypbaton obscurū & ex omni parte confusū: ut tris nothus abreptas in saxa latētia torquet. Saxa uocāt itali: mediisque in fluctibus aras. Est aūt hic ordo: tris naues abreptas nothus torquet i saxa: quæ saxa i mediis fluctibus latētia itali uocāt aras.

Hypbole ē dictio fidē excedēs augendi minuendi ue causa. Augēdi ut niue cādidior. Minuēdi tardior testudine.

Allegoria ē tropus quo aliud significatur: aliud dicitur: ut & iā tēpus equū fumātia soluere colla: hoc ē: carmē finire. Huiusmodi spēs multę sunt: ex quibus septē eminēt: hironia: antiphrasis: ęnigma: charientismos: paranomia: sarcasmos: astismos.

Hironia ē tropus qui per cōtrariū conatur ostēdere quod dicit: ut ægregiā uero laudē & spolia ampla refertis tuque puerque tuus. Hāc nisi grauitas pronuntiantis adiuuerit: cōfiteri uidebitur quod negare contendit.

Antiphrasis ē unius uerbi hironia: ut bellū: quod minime bellum sit: & parce: quod nemini parcet: & libitina: quod nemini libeat.

Aenigma ē obscura sentētia per obscurā similitudinē: ut mater me genuit eadē mox gignitur ex me: significat enī aquā in niuē conuerti: & ex eadem rursus efluere.

De figuris

Charientismos ē quo dura dictu gratius ꝓferūť: ut cū interrogantibus nobis Nunquid nos quesierit aliquis: respondemus: bona fortuna: ut exinde intelligiť neminē nos quesisse.

Paranomia ē accommodatū rebus tēporibusq; ꝓuerbiū: ut aduersus stimulū calces: & lupus ē in fabula.

Sarcasmos est plena odio atq; hostilis derisio: ut en agros & quā bello troiane petisti hesperiā metire iacens.

Astismos est tropus multiplex numerosæq; uirtutis. Nā astismos est q̨cquid rustica simplicitate caret: & faceta satis urbanitate expolitū: ut q bauium nō odit: amet tua carmina meui: atq; idem iungat uulpes & mulceat hircos.

Homoeosis ē minus notæ rei ꝑ similitudinē eius q̄ magis nota ē demonstratio. Huius autē tres sunt spēs: hicon: parabola: paradigma.

Hicon est personarū inter se uel eorū quæ ꝑsonis accidunt cōparatio: ut os humerosq; deo similis.

Parabola est rerū genere dissimiliū cōparatio: ut Qualis mugitus fugit cū saucius arā Taurus: & incertā excussit ceruice securim.

Paradigma ē exempli hortātis uel deterrentis enarratio. hortātis ut antenor potuit mediis elapsus achiuis. Illiricos penetrare sinus. Deterrentis ut At non sic phrygius penetrat lacedemona pastor: Ledęamq; helenā troianas uexit ad urbes.

Endiadis est resolutio substantiuorū in adiectiuū: ut pateris libamus & auro. i. pateris aureis: quod fit a poetis ornatus necessitatis ue gratia: ab oratoribus uero exornationis tantum causa. Cic. ratio natura. i. rōnabilis natura uel naturalis rō.

Hypallage est cum uerba transmutantur: uel per contrarium intelliguntur: uel cum mutatur casus: ut dare classibus austros: pro classes austris: & per noctem obscurus in ulua. i. per noctē obscuram: & inutile ferrū ꝑ ipse inutilis.

Ebasis est quędam euagatio siue excursus sermonis extra destinatam ac propositam materiam ut facit Salustius in iugurtino in descriptione orbis terrarum: & item Lucanus in multis locis.

De exornatione

De exornatione partium orõnis.

Hactenus de partibus orõnis & quomõ unaquæq; illarũ a grãmaticis ordinaꝰ cumulate demonstrauimus: nũc autem de exornatione ipsarum pauca anotatione digna quo adeius fieri poterit aptissime pstringemus: qbus si utemur uulgatiũ sermonẽ aspernati: non dubito quin facile ad eloquentiũ uirorũ orationẽ pximius accedamus. Scimus igiꝰ plenã orationẽ cõstare tribus partibus: supposito uidelicet: uerbo: & apposito. Suppositũ aũt plerũq; in principio poniꝰ. Appositũ in medio: & in fine uerbũ. Dicũt eni grãmatici Scipio africanus deleuit carthaginẽ: oratores uero cõuerso ordine: Carthaginẽ Scipio africanus deleuit. At si quid ut fit post appositionẽ situm fuerit: id initio orõnis collocari solet: ut Scipio æmilianus euertit numãtiã urbẽ opulentissimã hispanię. Hispanię opulẽtissimã urbẽ numãtiã Scipio ęmilianus euertit: & sic multa alia cõsimili rõne. Interdũ uerbũ in medio poniꝰ: ut fidẽ tibi habeo maximã. Interdũ i principio: ut misi ad te litteras: scripsit ad me antonius. Quare diuersis & ordinibus & locis locandæ sunt ptes p auriũ iudicio: quod qdẽ solo usu & imitatione comparaꝰ.

Aduerbia quoq; quæ ueluti adiectiua uerborũ dici possunt: p arbitrio nostro ponẽda sũt: modo i pricipio: mõ i fine: modo iter utrũq;. Sed ppe uerbũ puenustã reddunt orõnẽ: ut. C. Lelius Scipione familiariter utebaꝰ. Fabius maximus ante alios strenue atq; uehementer pugnabat.

Præpositiones ppulchre inter sustãtiua atq; adiectiua noĩa interiaciunꝰ: ut amor i te meus: sũma cũ diligẽtia: multis de causis: maximas ad res: hãc ob cãm: aliaq; huiuscemodi multa.

Itẽ inter duos noĩatiuos cõcinne poniꝰ gtũs: ut oĩa reip. iura: constãtes militũ animi: horrẽda nefandorũ hominũ flagitia.

Item cõuerso ẽt ordine ntũs inter duos gtõs orõnẽ plurimũ exornat: ut huius excellentia uiri: huius amęnitas loci.

Item adiectiuũ nomẽ uenuste sustãtiuũ pręcedit: ut tua dignitas: optima uirtus: diuinũ ingeniũ: exquisita doctrina.

Dictio negatiua apte ĩ calce orõnis ponitur: ut q̃ te ardẽtius amet habes neminẽ: Cic. his adiutor inq̃t cõtra patriã ĩuẽtus ẽ nemo.

Poſſeſſor ante q̃ poſſeſſio ĩ orõne aptiſſime ponit̃: ut clariſſimi uiri eloquentia: præſtãtiſſimi uiri uirtus: prudẽtiſſimi hoĩs cõſiliũ.

Relatiuũ cũ ponit̃ in medio duorũ ſubſtãtiuorũ: quorũ alterũ ſit maſculinũ: alterũ neutrum: uel ut rectius dicã alterũ propriũ uel rei uel hoĩs: alterũ appellatiuũ: tunc cũ ꝓprio debet conuenire: alias põt cũ alterutro congruere: ſi nõ conſequat̃ ꝓpriũ nomen: quã rẽ exẽpla facile declarãt. Vado ad locũ quod formianũ appellat̃. Vado ad ciuitatẽ quod mediolanũ nũcupat̃. Plinius. In coitu uero lunæ quod interluniũ uocãt. Aliquãdo reſpõdet maſculino. Valerius. M. Antea ſenatus aſſiduam ſtationem eo loci ꝑagebat: q̃ hodie ſenaculũ appellat̃. Aliquãdo trãſit de maſculino ad fęmininũ mutato numero. Cic. oẽs tenues atq; humiles quæ maxĩa ĩ populo multitudo ẽ. Virg. Nec partẽ poſuere ſuis quæ maxima turba ẽ. Aliquãdo de neutro ad fęmininũ: ut cic. in tuſculanis. Studio ſapiẽtię quæ phyloſophia dicit̃. Aliquãdo de neutro ad maſculinũ: ut præclarũ ẽ illud ciceronis opus: q̃ cato maior dicit̃. Nã ſiq̃s diceret: quod cato maior dicit̃: nõ eẽt latine dictũ. Itẽ urbis uiſceribus cõſulẽdũ ẽ: q̃ ſunt ciues. Aliquãdo de fęminino ĩ maſculinũ in eodẽ nũero. Aliquando mutato numero. Liuius. Anxur fuit quę terracinę ſunt: & ſic multa alia his ſimilia exẽpla inueniunt̃ apud auctores. Aliquando ponit̃ ſine antecedẽti. Quintilianus. Ego q̃ feliciſſima uel laſſitudo uel ſacietas ẽ uirtute cõſenui. Itẽ frequẽter cõuenit cũ ſequẽti ſuſtantiuo. Cic. libro officiorũ prĩo. Quorũ aũt officiorũ pręcepta tradũtur ea q̃q̃ ptinẽt ad finẽ bonorũ. Liuius. lib. xxv: Scipio cui africano fuit cognomẽ. Horatius. Qui fit męcenas ut nemo quã ſibi ſortẽ Seu rõ dederit. Ter. poſt hac quas faciet de ĩtegro comedias. Idẽ populo ut placerẽt quas feciſſet fabulas. Ouidius. Cecidere manu quas legerat herbas: ſicq; rectius atq; ornatius dicimus. In quo libro de uirtute agit̃ pręclarus ẽ q̃ liber ĩ quo de uirtute agit̃ præclarus ẽ. Cic. ꝓ Q. Ligario. Sed hoc nõ concedo ut

qbus rebus gloriamini ĩ uobis easdẽ ĩ aliis reprẽdatis: & sic sæpissime apud bonos auctores hoc genus elocutiõis repit. Interdũ respõdet ãtecedẽti. Vir. urbẽ quã statuo uestra ẽ. Item: sermonem quẽ audiuistis non ẽ meus.

I tem cum positiua nomĩa uolumus augere. p. prępositũ. solet accedere cicero de oratore. pbenti quinte illi uideri solẽt. Idem ad curionẽ carus ęque sis & periocundus ac fuisti patri. ter. p pulcra credo dona haud nostris similia. & sic pergratũ ualde gratũ significat. Superlatiuus uero lõge multo & quã prępominus ut supra diximus cõpatiuis aũt uel multo uel lõge pręponi solet.

Cũ aũt uolumus ostẽdere aliquid nobis iocũdum, honestũ, utile esse tum datiuis cum uerbo sum es est utimur. Sustãtiuorũ quorum illa adiectiua sunt. exẽpli gratia. hęc res mihi iocunditati ẽ .i. hęc res est mihi iocũda. Itẽ tuę mihi fuerunt litterę gaudio .i. gaudiũ attulerunt: uel fuerunt mihi ad gaudiũ. & sic hęc res est mihi decori. i. affert uel parit mihi decus. hęc res ẽ mihi dedecori. i. dedecus mihi affert. deq; cęteris consimili ratione.

I tẽ afficio te uoluptate. i. affero tibi uoluptatẽ. Afficio te honore .i. honoro te uel facio tibi honorẽ: afficio te laudibus. i. laudo te. afficio te probro. i. uitupero te. afficio te cõmodis. i. facio tibi cõmoda. afficio cadauera sepultura. i. cadauera sepellio. afficio inimicos iniuria. i. facio inimicis iniuriam. & his similia.

I tem afficior dolore. i. doleo. afficior gaudio. i. gaudeo. afficior uerecundia. i. uerecundor.

I tẽ si duo aut plura duobus quod p raro usu uenit. si illa pariter se hũerint utriq; tũ dictõnẽ prępponimus exẽpli gratia. C. Lęlius uir tũ doctus tũ pbus. Itẽ. C. Lęlius plurimũ tũ laude tũ rerum sciẽtia ualet. Themistocles tum cõsilio pollet ĩ urbanis rebus: tũ ĩ bellicis negociis tũ uiribus atq; animi magnitudinẽ floret. Eãdẽ quoq; ui hẽt geiata. et. cõiũctiua. ut ęneas ẽ & terris iactatus & alto. i. ęneas tum pelagi tum terrarum labores perpessus est. ut supra in coniunctionibus diximus.

I tem participiorum tum accusatiui casus tum ablatiui sępe locũ tenent ĩfinitiui uerbi. Salustius. Nã & priusquã ĩcipias cõsulto.

De exornatione.

& ubi consulueris mature facto opus ẽ. Teren. ubi erit inuentũ tibi curabo & mecũ adductũ. Nã cõsulto ꝓ cõsulere & facto ꝓ facere & inuẽtũ & adductũ ꝓ inuenire & adducere ponit̃. Sed ablatiuo frequẽter utunt̃ oratores: accusatiuo uero praro.

Item dicimus ẽ opus mihi tua opa nominandi casus: & tuę operę & tuã operã: & tua opa. Sed hoc postremũ ornatius ẽ & totũ oratoriũ. Cæteris rõnibus poetæ potius historiciq; utunt̃. Nã opus est mihi hãc rẽ nũq̃ orator dicat.

Item cũ duo noia sunt alterũ adiectiuũ: substantiuũ alterũ eodem casus exitu ꝓferri debẽt: tum tertiã adiectiui nominis uocẽ quæ est neutra ĩ uim sustantiuã trãsferimus: & sustantiuũ id prius genitiuo casu locamus: ut multũ uirtutis significat multã uirtutẽ multũ pecuniæ. i. multã pecuniã: plurimũ uiriũ: plurimas uires: Quid animi: q̃s animus. Quid rei: q̃ res. Quid causæ: q̃ causa. & sic alia ꝑmulta. At si gtũs fuerit singularis: totã itẽ orõnẽ singularit̃ exponere debemus. Sin pluralis: pluraliter: ut multũ pecuniarũ significat multas pecunias: similisq; aliorũ rõ: ut Multũ roboris: singulare ẽ. Plurimũ aũt uiriũ: pluralẽ quoq; hẽt significationẽ. Et aduerbia quoq; nõnulla uim eãdẽ retinẽt: & præsertĩ hæc duo parũ & satis: ut parũ sapiẽtiæ. i. parua sapiẽtia: satis eloquẽtiæ. i. sufficiens eloquentia: satis uiriũ. i. sufficientes uires.

Itẽ cũ fuerit suplatiuum quodpiã durius asperiusq; & suplatiue significãdũ sit: ꝓ suplatiuo positiuũ afferamus: & ei suplatiui ad uerbiũ apponamus: ut maxĩe memorabile facinus. i. memorabilissimũ facinus. Itẽ maxĩe rarũ genus hominũ. i. rarissimũ genus hominũ. Itẽq; admodũ & ĩprimis adiuncta positiuis uim ferme eandem retinent.

Item si quempiam mediocriter laudare uelimus: dicemus sic: Pericles uirtute pręstãs princeps erat athenis. Temistocles rebus gestis floruit. Sin uehementer ac plurimũ laudare cupimus: adiciamus gloriã siue laudẽ: & cãm laudatiõis ĩ gẽitiuo cõstituamus: ut Pericles uirtutis gloria præstãs athenis claruit. Temistocles gestarũ rerũ laude emicuit.

Item operepretium significat mõ utile: mõdo necessariũ: modo iocundũ: modo laudabile.

Præseferre est aliquid uerbis aut inditiis quibusdam ostendere & quodãmõ confiteri: ut. M. C. præsefert grauitatẽ. C. Lelius præsefert bilaritatẽ.

Item habeo rõnem tẽporis/loci/personarũ: significat ea omĩa rõne complecti & considerare.

Item cõplector hãc rem mente & aĩo. i. hãc rẽ considero & uoluto.

Item in aĩo est significat in aĩo habeo: & animus mihi ẽ: & uolo.

Aeque ꝓ ita: ac: uel atq; ꝓ q̃: uel ut: aptissime poniť: ut ęque studeo ac tu. i. ut uel sicut tu. Item diligo te non secus ac filiũ. i. q̃ filiũ. Itẽ æque te amo atq; fratrẽ germanũ. Ter. censen me eẽ aliũ atq; olim cũ dabã. Aliquando poniť ꝓ q̃tũ: ut ego non tãtũ studeo atq; tu. i. quantũ tu.

Item haud ꝓ nõ: secus ꝓ aliter ĩ eadem orõne peruenuste se hẽnt: ut haud sentio atq; tu. i. ita sentio sicut tu. Virg. haud secus ac iussi faciunt.

Subiunctiuus modus ꝓ indicatiuo: & illius tẽpora ꝓ illius tẽporibus interdum ornatissĩe ponuntur: ut uelim ꝓ uolo: gererem ꝓ gerebã: dilexerim ꝓ dilexi: fecissẽ ꝓ fecerã: feceris ꝓ facies.

Item partim hominũ uenerũt significat ps hominũ. i. qdã hoĩes uenerũt & est aduerbiũ neq; inclinať in casus: & cũ partim hominũ ẽt dici põt. i. cũ quibusdã hoibus & quasi quadã parte hominũ. Sed tum splendidius est cũ in orõne geminatum fuerit. Cic. Qui ciuitatibus præsunt partim nobiles sunt: partim populares. i. aliqui nobiles sũt: aliqui populares. Idem partim te superbum quod nihil respondes: partim contumeliosum quod male respondes.

Item alias geminatum locũ obtinet aduerbiĩ: ut siquis dicat: oẽs homines eodem sunt ferme nati ingenio: alias quidem rident: alias uero lachrymant. Omnes item ciues alias boni: alias mali nusq̃ eisdem sunt moribus.

Siquis uellet ostendere aliquam rem aliã antecellere: & ultra illã

De exornation.

ualere: uenuste dicitur uel per accusatiuum præposita præter: uel cũ pre. ablatiuo præposita: ut cæsar præter cæteros rebus bellicis pollebat: uel præ cæteris pollebat: uel cæsar ultra alios pollebat rebus bellicis: ẽt eleganter dicit̃.

V aleo & polleo uerba ornatissime ablatiuo casui coniungũt̃: hoc pacto. Cicero plurimum ingenio ualuit. Milo corporis uiribus plurimũ ualuit. M. cato ĩ ciuitate plurimũ auctoritate pollebat. Clareo itẽ & floreo eadẽ ferme rõne se habẽt.

I tẽ hortẽsius multũ põt ĩ senatu. Ornatius multũ hortẽsi ĩ senatu auctoritas ualet. Itemq; apud diuũ cæsarẽ plurimũ mea ualet auctoritas.

P ræsto & a ntecello quæ uenuste ꝑsonãt uerba alias datiuo alias accusatiuo pulcherrime iũgũt̃: cũ accessiõe ablatiuorũ eius rei cuius ẽ præstãtia: ut præsto tibi acumine ingenii: & tu antecellis me diligentia & sedulitate.

I tem illa duo iuicẽ respõdẽtia: quorũ alterũ ẽ nõ solũ: siue nõ mõ: seu nõ tãtũ: ut supra dictũ ẽ. Alterũ ẽ. Sed ẽt uel uerũ ẽt: uel loco ẽt põsita quoq;: ꝑuenustã reddũt orõnẽ: exẽpli gratia. hæc res mihi nõ solũ grata ẽ: sed ẽt iocũda. M. antonius nõ modo erat ciceronis inimicus: uerũ etiã hostis. Patriæ cato nõ tantũ ingenio ualebat: sed uirtute quoq; florebat plurimũ.

I nfinita oratio ꝓ cõiũctiua ꝑ q̃ pulchra ẽ: ut uolo te ad me scribere Cupio te romã ꝓficisci. i. uolo ꝙ tu scribas ad me: & itẽ romã ꝓficiscaris. Itẽ uelim ciues oẽs unanimes eẽ. i. ꝙ unanimes sint & cõcordes. Ter. qd facere ĩ hac re te uelim. i. qd uelim ꝙ in hac re facias. Sed hoc ibi fit elegãtius: ubi nullũ sit ambigui sermonis discrimẽ. Neq;. n. oĩo rectũ sit siqs dicat uolo te me amare: q̃uis plerũq; id suppositiõis locũ habeat: quod infinitũ uerbũ ĩmediate post præcesserit: ut Aio te pyrrhum romanos uincere posse. i. dico ꝙ romani possunt pyrrhum uincere: & hoc pro uiribus canere debemus: quod modo præceptum est de coniunctiua atque infinita oratione: & præcipue ĩ absolutis uerbis: uel ubi alteri casui fuerit adiecta præpositio seruandũ sit.

E x/uel e/præpositiões ꝑ a/uel ab:& sępe & ornate ponũť:ut audi ui ex te ꝑ a te. Accepi e tuo patre:uel ẽt de tuo patre.

Q uero ex te.i.a te:idẽ est quod cõsulo & interrogo te.

P ro:ornate poniť loco.in.& secũdũ pręposítionũ:ut ꝑ rostris.i.in rostris: ꝑ tribunali.i.in tribunali: & alia. ꝑuiribus tuis.i.secundum uires tuas:pro tui ingenii bonitate:pro uirili tua:& his similia.

S ub:aut clam aut diminute significat:ut sũmouit.i.parũ mouit: clam atq; occulte subirascor tibi:quod ẽ paululũ irascor.

C õsequor ꝑ exprimo sępissime poniť: ut nõ possũ uerbis cõseq.i. uerbis exprimere. Item litteris conseq.i.per lrãs explicare.

E uado ꝑ fio & efficior ornatũ usitatũq; ẽ:ut cicero euasit eloquentissimus. Aristoteles euasit sũmus phylosopus:& de aliis quoq; similiter.

F ore futurã hẽt significationẽ:eẽ uero pręsentis. Cic. Spo amicitiã notã posteritati fore: & Crassus inqt. ego uero eẽ iã iudico. Cõposita aũt a fore absolute ponũť. Vir. affore cernetis.i.affuturos uidebitis/uel uidebit qđ aderũt. Cic. Verũ arbitranť nõ defore q illã restituãt:hoc ẽ:nõ defuturos:uel quod nõ deerũt. Cõfore & ꝑfore apud poetas legũť. Horatius. Quæ nocuere sequar:fugiã quæ ꝑfore credã.i. ꝑfutu ra eẽ. Itẽ dicimus:ego nõ solũ cõfiteor quod est per uim:sed etiam ꝑfiteor quod est sponte:ut supra dictum est.

I tẽ ago grãs quod ẽ uerbis:refero grãm quod ẽ re ac factis:habeo grãs quod ẽ in aĩo:debeo gratiam ubi aliqua obligationis uis cernitur.

A d. præpositio quæ nomini & casui præponitur: uenustius quædam uerba præcesserit:ut adeo te potius q̃ eo ad te:te alloquor & non loquor ad te:sicq; cedit de uita:decedit uita:cedit ex humanis rebus:excedit humanis rebus: & in aliis quibusdam cõ simili pacto.

I tem quotiens aut multos dies aut annos dicimus per actũm casum iũgimus intelligimus tẽporis circulũ fore cõtinuũ:sed per

Dr exornation.

ablrũm significaꝛ annorũ aliquot siue dierũ intermissio. Ideoq; ut inqt Marcellus scribẽtes rectius accusatiuo uti debẽt: siquid ad secũdã fortunã attineat. Interest igiꝛ siqs dicat decẽ ãnos in studiis litterarũ uersatus sum an ita decẽ ãnis dedi opam lrís.

Cordi homo etiã flexibiliter cordi hois: cordi homini ut Priscianus inquit significat iocundũ. di. do. sicut homo frugi. Marcellus tamẽ dicit cordi ẽ: aĩo sedet. Nã hæc res est mihi cordi. i. placet. Terent. tibi hæ nuptiæ sunt cordi. Lucilius. Et quod tibi magnope cordi ẽ: mihi uehemẽter displicet.

Tantisp: quod quasi ẽ tam diu: ornare post se deposcit dũ: quod ferme ẽ donec. Ter. tãtisp te meũ dici uolo: dũ qđ te dignũ ẽ facies. Nã tãtisper significat ꝓprie qđ dicimus uulgo apũto tãto.

Fero hãc rẽ patienter: seu patienti aĩo. Elegãtius diciꝛ: ego hãc rẽ facile patior: modeste fero: moderate & ęquo aĩo. Et cõtra significãtia aduerbia: grauiter: acerbe: ægre: uix: moleste: iniquo aĩo.

Perinde: ornatissime postulat post se ac: uel atq;: & utrunq; hẽnt simul eandẽ uim q̃ & tanq̃: ut Camillus perinde atq; omniũ sapientissimus: & chærea perinde ac foret eunuchus.

Coeo nõ solũ absolutũ est: sed nõnũq̃ peruenuste casum hẽt accusatiuũ sine præpositiõe: ut coeo societatẽ tecũ. A. gelius in noctibus acticis de pytagora deq; eius consorte: quod qsq; familiæ pecuniæq; ĩ mediũ dabat: & cohibaꝛ societas insepabilis.

Item ꝓnoĩa primitiua hẽnt maximã in principio orõnis & elegantius dicimus tu ipse: ille ipse: nos ipsi: uos ipsi: illi ipsi q̃ p syllabicas adiectiões uel te: uel met. Tu mihi familiaris: ego te amico utor: tu mihi magister es: ornatius diciꝛ: ego te magistro utor. Itẽ ego tecũ frequẽter uersor: elegãtius frequẽs mihi tecũ ẽ cõsuetudo. Itẽ hẽo tecũ magnã amicitiã: rectius: magna tecũ mihi est amicitia. Sed uenustius utimur plurali nũero q̃ singulari: ut sũt mihi cũ omnibus malis uiris inimicitiæ.

Indies ornatissĩe significat p singulos dies: quotidie: sed cũ quodã ĩcremẽto: ut tua ĩdies crescit uirtus: ĩdies hoĩes sapiũt: stultorũ hoĩum indies augescit ĩsania. Liuius. crescẽte indies multitudine. Plerũq; adiũgiꝛ cõpatiuo: ut cũ ĩdies malũ arctius premeret.

cōparatiuo ut cū in dies. Liuius. crescente in dies multitudine.

In uerbis tam actionē q̄ passionē significantibus cōsiderare debemus uarias uocū flexiones: atq; exitus: & modo his: modo illis uti ꝑ aurıū iudicio: ut fuere ꝑ fuerunt: amarūnt ꝑ amauerūt uidere ꝑ uiderūt: uidebere ꝑ uideberis: norim ꝑ nouerim: & de aliis quoq; eodē modo. Sed neqd fiat cōtra grāmaticę artis preceptiones ac iura prouidendū ē.

Quin particula: quomō uel increpet: uel exhortet᷑: item cōfirmet & quodāmō interroget satis exploratū est. Sed & nos pulcherrime utimur cum dicimus. Non possum facere qn admirer. non possum quin doleā. i. nō possum me continere ut nō doleam: & ita de cæteris consimilibus.

Itē locus ē huic rei: ꝑuenuste dicit᷑. Multū loci ē gaudio: plurimū loci ē tranquillitati. Terent. nihil loci ē segnitiæ nihil socordiæ significat uel oportere nos lętari: uel tranquillos esse: uel uoluptate affici: uel non negligentes esse ac segnes: & sic de aliis huiusmodi.

Nōnunquā duo noīa sine præpositione addita siue nō: unius aduerbii uim retinent: ut magnope: uel magno ope ꝑ ualde: maximope uel maximo ope ꝑ plurimū: maiorēimmodū ꝑ maxime: mirumimmodū ꝑ mirabiliter.

Item ī primis uim habet aduerbii: & significat præcipue: ut in primis sapiēs: ī primis doctus: uel ī primis idē pollet & īter primos uel īter prīas uel īter prīa. At si defuerit adiectiuū utiq; accipiet᷑ ī neutro. Vir. In primis uenerare deos. i. præcipue uel īter prima.

Itē præcæteris habet electionē rei: ut cura ut hoc præcæteris facias idest in primis & ante oīa.

Item præter cæteros. i. ante omnes uel super oēs alios.

Item præter cætera significat mediocriter. Ter. horū ille nihil ægregie pręter cętera studebat. i. nō magis hoc q̄ illud. i. mediocriter.

Itē paucis interdū ꝑ paucū. Multis ꝑ multū utimur.

Item siquis dicturus sit quempiam habere aliquem magistratum seu honorem: seu imperium: ex nomie honoris eiusdem & gero

De expornation

geris uerbo constituat orationē hoc pacto: hic est romæ consul: romæ consulē gerit: imperatorē gerit: principē gerit: prætorē gerit: & alia huiusmodi.

I tē in: ꝓ erga: & etiā contra: pulcherrime ē accusatiuo pręposita: ut meus ī te amor: uel animus: mea in te beniuolentia: ubiq; enī significat erga. Iuuenalis. inuehit̄ ī domitianū. Cic. habuit orationē in catilinā. ibi enī contra significat.

A pprime ꝓ ualde recte apponit̄ nominibus quemadmodum de in primis superius dictū ē: ut uir apprime nobilis: res apprime utilis.

I tem res: nomē: aptissime adiungit̄ possessiuis nominibus: & præsertim huiusmodi: ut res bellica: res domestica: res. p. res uxoria res familiaris: res militaris:: & sic de similibus pariter.

M unus ꝓ officio ornatissime dicit̄: ut hoc ē amici munus: idem ē & amici officiū: fungor boni uiri munere: ferme idē & facio boni uiri officium.

N eutra uox ac potissimū in cōparatiuis nominibus tum fęmininā: tum masculinā reddit: ut nihil ē hoc hoīe melius. fere ē idem & nullus ē homo hoc hoīe melior. Nihil hac uirgine est formosius. quasi idē. Nulla uirgo est hac uirgine formosior: & in cæteris aliquando consimiliter.

H æc aduerbia ꝓpediem: q̄primū: cōfestim: & item postridie quod significat postero die: in epistolis q̄maxime cōgruunt.

I tem siquis multa referre uelit: ꝓ priore ponat primū uel primo: utrūq; ē in usu. ꝓ secundo deinde: uel secūdo loco. ꝓ tertio præterea uel tertio loco. ꝓ quarto quod perraro accidit. Ad hæc uel accedit ad hoc uel præterea uel quarto loco. In calce postremū uel postremo collocat̄.

I tem memoriæ ꝓditū est: significat scriptū est. Multa enim talia ornatissime usurpant̄ uariis tamen significationibus: ut memorię tradere: mandare litteris: mandare scriptis: mandare litterarum monumentis: idē fere significāt. Sed mandare memoriæ aliud sibi uelle uidetur.

Fallo uerbum tritũ eſt apud ciceronẽ: & fallit me hæc res dicimus fallit te ſpes.i.fruſtrař & decipit.

Miſſum facere: ꝑ dimittere uenuſtum & ornatũ eſt: ut miſſam hãc rẽ facio.i.dimitto.

Ne & quidẽ particule pulcherrime ſunt. Nã cũ ponunř: aut aliud dictum eſt: aut id mente concipiř: ut ne audiui quidem.i. nõ ſolũ nõ uidi: ſed neq; etiam audiui. Itẽ philoſophię ſtudia democritus non modo nõ intermittit: ſed ne remittit quidẽ: remittere nanq; philoſophiam eſt remiſſius philoſophari.

Itẽ ſi quando plura ponimus preſertim ſine copula ue: quę idem ſignificare uideanř: quod uehementius eſt ſemꝑ colloceř i calce ut tua uirtus laudanda probanda eſt. Nã ꝓbare eſt magis: quia fit animi iudicio. Itẽ magiſtratus diligere/amare/colere debeũs Probatiſſimos uiros omnes homines uerenř/obſeruãt/admirãtur. Itẽ quę turpia/obſcena/feda/tetra ſunt: ea fugere & aſpernari debemus. Sed in his quoq; ordo quidã ſpectãdus eſt. Quod ſi tria ſunt quorum duo partẽ aliquã ſignificant: tertiũ ſit cõmunius: id profecto debet ĩ fine collocari: niſi ſe hũerit loco quodã generis mõ. Tũc enim contra fit: quod plane patebit exemplo Omnis in adipiſcẽda uirtute/cura/opera/diligentia ponenda ẽ. eſt enĩ cura ſolius animi opera corporis: diligentia utrunq; complectiř. Itẽ plurimam in rem publicam induſtrię/laboris/tẽporis ponendũ eſt. Itẽ amicos/conſilio uiribus/opa adiuuare debeũs Alterius uero exempla ſunt. Nõ ſunt per ſe res cõmodę expetẽdę diuitię: uoluptates: honores. Cõmodũ enĩ generis locum detinet cuius ſpeties ſunt multę. Itẽ animalia quęq;: homĩes: ęquĩ leones bonum uidenř appetere. Sed ut cũq; res ſeſe habẽt ſi multa ſint quod pluris eſt poni debet in fine.

Accedit ꝑ addiř ꝑ quam uſitatũ eſt: unde & acceſſio additionem ſignificat. Itaq; accedit mihi ad meas miſerias dolor.i.addiř.

Grande adiectiuũ probe uel ętati conuenit uel pecunię: ut credo tibi grandem pecuniam. Sed hic grandior neſtore uidetur: ſignĩficat quod neſtorem anteat ętate: & hic eſt grandis natu: gran



de exornatione

dissimus natu: significat longeuum hominē: atq; admodum se nem: & quia de natu mentio facta est. Maior natu ornatissime si gnificat seniorem: sicut minor natu significat iuniorem.

I tem nō nunquā īterposita ī oratione atq; interiecta parenthesis haud illepida est: ut omnes (ni fallor) plurimum admiraris. Itē dedisti ad me (quę mea est summa uoluptas) suauissimas litte ras: & ita demum re postulante nostram orationē eiusmodi īter positionibus exornare debemus.

H ęc res apud me increbuit fere significat ad aures peruenit: & no titiam rei significat.

H oc restat: hoc reliquū est: ꝑuenūste & magno cum ornatu idem significat: ut oīa tibi & natura & fortuna tribuit: reliquum ē: ut bene & laudabiliter uiuas.

R umor ē: & uulgo dicitur: & cōmuniter dicit̃: & ornatus sermo ē.

A ccipere ꝑ audire & cognoscere ꝑuenuste dicitur: ut accepi rumo ribus quorum incertus est auctor. Accepi hominum fama: quę certo continet̃ auctore. Accepi nūtiis: quos nuntius & q mittĩt affert. Accepi litteris quas ab amicis plerūq; accepimus: & aliis item consimilibus.

T e propter & ꝑpter te: idem significat: sicut quibuscū & cū qbus

C lam plerūq; prępositio ē: & nō nūquā aduerbium. Sed oratores prępositionē potius accipiunt siue iungatur ablatiuo uti priscia nus sentit: siue accusatiuo quod opinatur donatus: ut clam mę profectus est. i. me nesciente.

C oram cum accentu in prima syllaba prępositio est: & quid signi ficet notum est omnibus. Cū accentu ī ultima syllaba aduerbiū pulcherrimum est significans: ut ita dixerim presentialiter. Cic. cupio tecum coram iocari: & coram tecum loqui. Virgilius: co ram quem queritis adsum.

I tem multa aduerbia in. I. exeuntia in ipsis epistolis: splendida sunt: sed hęc in primis ruri: uesperi: belli: domi.

M ulta itē in. o. ut Sero: Serio: Consulto: primo: postremo: modo: Falso: Merito: Precario: cætera uero in eodem exitu desinentia

haud in frequenti sunt oratorum usu.

Item in. V. pauca inueniunt: ut diu: interdiu quod quasi est infra medii diei tempus: & noctu pro nocte quod magis nomen est. Vnde diu noctuq; dicimus.

Nullus la/lum/nõnunquam pro non: præsertim sum es est uerbo adiuncto: ut nullus sum interii. Respub. nulla est: quasi non est & extincta est.

Præsto sum significat adsum: & fere appareo: & sic idẽ aduerbium eiusdem uerbi modis omnibus ac temporibus peruenuste connectitur in eadem quam mõ posuimus significantia: ut præsto mihi fuit seruus tuus urbem ingredienti.

Deuincio uerbum peruenustũ est: tum præcipue epistolis cõgruit Significat enim deuincio obligor: & deuinctus sum: obligatus sum: sicut & sæpe obnoxius: quod non solum significat quod notum est: sed etiam deuinctum.

Perpetuo & ĩperpetuum aduerbialiter pro eodem & eis frequẽter utimur.

Collocare apud aliquem beneficium: est alicui beneficium facere: ut apud gratos uiros beneficiũ collocasti.

Item indulgeo uerbum sane aptissimum est: quod & datiuo iũgit̃ & ferme significat do operam: atq; ita exponitur: ut hic nimio sõno indulget. i. nimis dormit: in nimio cibo indulget. i. nimis comedit: nimio uino indulget. i. nimis bibit: & reliqua consimili pacto. Indulgere autẽ est quasi concedere: & est uerbum quandam designans clementiam: unde indulgentẽ parentem appellamus: leniore erga filios ingenio. Quare & ab ignosco plurimum differt. Est enim ignosco parco: do ueniam: siue excusatũ habeo. Vnde ignosco tibi siquid admiseris scęleris. Indulgeo uero ut multa agere impune queas: quorum uerborum discrimen diligentissime cõsiderandum ẽ: ut supra suo loco diximus.

Vel pro etiam particula multis locis rectissime congruit: ut hannibal fuit imperator uel omnium primus. Tua eximia uirtus ut te amẽ uel maxime impellit. Virg. Vel priamo miserãda manus.

de exornatione

Terrent. Vel rex semper maximas mihi gratias agebat.

Versor uerbum in frequentissimo est ueterum ac disertorum hominum usu. Dicimus enim uersor in litterarum studio .i. do operã litterarum studio. Virtus circa difficile uersatur .i. uirtus in difficili consistit. Versamur in tenebris: idest fere sumus ac uiuimus: & quasi stamus in tenebris. Itaq; ut exemplis apparet duos sibi plerumq; ac frequentius casus postulat. Nam aut accusatiuo iũgitur præposita circa: aut ablatiuo in: præcedente. Quoniam ante fundũ uersari & ad portam uersabatur praro dicta sunt.

Memoria teneo: non memoriter: pronuntio memoriter: & non memoria. Cicero. memoria teneo bello marsico cum. Q. Octauio: Idem. Q. Mutius multa narrare de. C. Lelio socero suo memoriter & iocunde solebat.

Complector uerbum ornatissimum est: præsertim uero aliquibus additis hac ratione: ut te amore atq; beniuolentia complector: quod est te amo. Cogitatione complector: quod est cogito: & ẽ animi: sicut facultate consequor. Item dicimus complector memoria & memoriter. Quintilianus. Si longior complectenda memoria fuerit: oratio proderit per partes ediscere. Cicero. complectebatur memoriter diuidebat acute.

Repeto non solum accusatiuum sed etiam ablatiuum exigit: ut repeto hanc rem memoria: quod non teneo memoria significat: ut quidã putant: sed potius memoria uoluto: reminiscor & quasi obliuioni traditam rursum inuestigo memoria: unde Cicero de oratore. Cogitanti mihi & memoria uetera repetenti. Item dicimus etiam repeto memoriter. Inuenitur quoq; apud Plinium ad romanũ. Tu facillime iudicabis qui tam memoriter tenes.

Certum est: non modo accipitur pro manifestum est: sed etiam ꝓ deliberatum & constitutum: in quo secundo plerũq; adiungitur datiuus cum infinito: ut certum est mihi ire ĩ hispaniam: nõ nunquam datiuus subintelligitur. Virgil. certum est in siluis inter spelæa ferarum malle pati .i. mihi.

Compertum est mihi: & exploratum est mihi: idem est quod scio

per inuestigationem. Similiter comperi & exploraui.

C onstitutum est mihi: deliberatum est mihi: decretum est mihi: idem est quod apud me cogitando firmatum est. Similiter constitui & decreui: at non ita deliberaui. Possum nanque deliberasse: & nihil tamen constituisse. Quintilianus in ægro redempto. Oderitis licet confessionem meam deliberaui: hoc est: dubitaui & hęsitaui. Itaq; differt an dicamus senatus deliberauit: an senatui deliberatum est: idest decreuit. Plinius. Tum ego si fixum istud tibi ac deliberatum est: sequar te. Cicero in uerrem. Deliberatũ autẽ est.

I tem exploraui pro inueni fere accipitur: cũ exploro idem est qđ inquiro sagaciter: unde exploratores. Idem fit in nõnullis aliis quod est uehementer & iure quodam postulo. Inde exegi exactũ: quod est postulando obtinui & obtentũ tale est quesitũ ꝑ partũ a quero.

I tem interim nõnunquam ignificat interea: ut interim uenit ad me socrates: idest interea dum hæc agerentur. Interdum accipitur pro aliquãdo. Quintilianus. Barbarismi ac soloecismi foeditas absit. Sed quia interim excusantur hæc uitia: hoc est aliquando excusantur.

P ar est: pro decens est: ornatissime dicitur: sed non minus eleganter parem esse: pro sufficere ponimus / alicui operi: siue resistẽdo illi: siue exequẽdo. Resistẽdo: ut repugno fletui quoad possum sed adhuc pares non sumus. Irẽ nunc infelix par non est dolori: nunc non inuenit ulla solatia. In exequendo sic: aspicio par laboribus corpus.

P aria facere: est quod alibi amissum est: uel quod aliunde acceptũ alibi: uel aliunde compensare. Quintilianus. Paria tecum facio res. p. quæ propter me unũ ciuem perdideras. Idẽ sic: paria faciamus: tu illic eris uicarius meus.

G rauo as. perdiffusa est eius uerbi significantia. Virgilius. Nec me labor iste grauabit. Vnde grauare se proprie dicitur qui facile nõ præstat i beneficio quod potest. Terrentius. Ne grauare. i.

De exornatione.

ne te difficilem præbeas. A quo fit aggrauesco is. quod refertur ad morbos. Nam morbi graues sunt. Salustius. Morbi graues sunt ob inediam insolitam uescẽtibus. Terrentius. Male metuo ne philomenæ magis morbus aggrauescat. i. grauior fiat. Hinc ingrauesco is. Vnde ingrauescente ætate: ingrauescente morbo: & de similibus. Dicimus etiã grauor hanc rem & hac re. Cicero de amicitia. Ego uero nõ grauater: si ipse mihi confiderem. Vir. Quid siquæ uoce grauaris mente dares.

Non nunquam duæ particulæ: ornatissime coniunguntur: quarũ eadem sit significatio: sicut enimuero. Nam pro explenda sentẽtia altera dumtaxat sufficere poterat. Et similiter sin autem sæpe dicimus explẽdæ sententiæ gratia: eo in loco: aũt: particula nullam oĩo uim habet. Sin enĩ significat sed si.

Quoad: pro quousq; & pro quando: non minus ornate ponitur q̃ latine: ut uolo in urbe esse quoad tu redeas: & ita in plurimis locis cõsimiliter.

Suscipere non solum est supra se accipere & quodãmodo adducere aliquid: sed etiam perornate in epistolis cõmendatum habere ut suscepit ciceronẽ cæsarẽ in suis rebus aduersis.

Item negatio adiuncta cuipiam positiuo: contrarii positiui uim ac significationem obtinet: sed nõ ita tamen & cumulate illam explet: ut hic uir haud est improbus: significat fere hunc hominẽ probum potius q̃ improbum esse: sicq; philosophus haud ignobilis. Miles non instrenuus. Ciuis haud quanquã malus. Nã in his eorũq; similibus rectius atq; usitatius dicit̃: quanuis laudis cuiusdã est: sed quasi diminutæ & fraudatæ laudis.

Conficior passiua uoce crebrõ usitatum est pro eo fere quod est pereo: ut confectus sum: idest consumptus. Item uir inops ac miser fame/frigore/dolore conficitur: sicq; annis: ætate: studio conficitur/atq; merore/labore/senio confectus: & de aliis permultis itidem.

Item licet tam grammatice q̃ oratorie genitiuos quorumcunq; casualium cum possessiuis quocunq; casu prolatis coniungere: qđ

& priscianus tradit: ut mea causa uenit & cæterorum amicorum. Meum agrum & antonii populati sũt. Tuo amico ac fratris gratificare. Tuum imperatorem sectare & comilitonum. O noster & fratris amice. Item sua ille confidit & ciuium prudentia: atq; ita figuratur constructio in omnibus possessiuis. Ter. meo præsidio atq; hospitis.

Item tua causa feci: & tui causa feci: inter se differunt. Nam tui causa tum dicimus: siquid ei ad quem sermonem uertimus: præstiterimus: ut tui causa ad antonii castra profectus sum: quod est tuendi tui gratia. Sed tua causa: cum tua ut ita dixerim contemplatiõe aliquid alteri præstiterimus: ut tua causa fratris tui causam egi.

Item hæc tria pronomina ego: tu: sui: sola omnium binos genitiuos sortita sunt: unos mei/tui/sui: alteros qui iam exoluerunt mis/tis/sis: loco quorum fere nunc ponuntur deriuatiua illa meus/tuus/suus: & quotienscunq; actiua oratio est actiue ponitur ut hic liber est meus uel mis. Plautus. da diem hunc sospitem rebus mis agendis: Mei uero tui/sui: nunquam ponuntur nisi passiue. Omnis enim genitiuus aut actiue aut passiue ponuntur. Actiue ut iustitia dei: bonitas dei. Passiue timor dei & cultus dei: quippe deus timetur/& colitur. Quintilianus. Amore mei uicit esse matrem suam. Cicero. Quod desiderium tui ferre non posset: & me tui pudet. Virgilius. Quique sui memores alios fecere merendo. Ita etiam in plurali. Nam nostrum & uestrum quæ succedunt loco mis & tis: utimur actiue tantum: ut nemo nostrum: nemo uestrum. Nostri uero & uestri quæ succedunt loco mei & tui utimur tantum passiue: ut antonius habet curam nostri: habet curã uestri. Vnde nõ recte dicit̃ nemo nostri: & nemo uestri: nec habet curã nostrũ & curã uestrũ. Itaq; sunt quidã modi dicendi habentes utrũque sensum: & propterea utroque modo dicuntur: ut tu habes potestatem meam actiue: idest omnem potestatem quam ego habeo: & potestatem mei passiue: idest potestatem de me faciẽdi quicquid libet. Octauius omni

De exornatione

bus faciebat sui coueniendi potestatem. Sic copiā mea & copia mei: utilitas mea & utilitas mei: amor meus & amor mei: usus meus & usus mei. At fortitudo mea & non mei: doctrina tua non autem tui. Cuius rei certissimum argumentum est: quod dicimus mea unius causa: & non mei unius: quod profecto diceretur: si mei poni actiue in genitiuo posset: sicut unius in genitiuo ponitur. Cicero in Gabinium & Pisonem. Dico mea unius opera rempublicam esse liberatam. Idem ad atticū. Solius enim meum peccatum corrigi non potest. Idem pro Murena. Ex tuo ipsius animo coniecturā cęperis. Item in plurali. Quintilianus. Suæ ipsorum fiduciæ dimittunt: & in sacris litteris. Exaudi uocem meam clamantis ad te. Et alibi. Memorabor iustitiæ tuæ solius. Solius enī ad deū refertur. Item tuā ipsius animam pertransibit gladius.

Item oratores sicut & poetæ persæpe & præsentibus temporibus utuntur pro præteritis: nonnunquam & pro futuris: uerum id quidem multo rarius. Sed econtrario haud crebro fit: nisi forte inquam uerbū: quod futuri temporis est: præteriti loco uel pręsentis accipiamus.

Item sustantiua sæpissime maioris significantiæ causa imperatiuis iunguntur: ut Cicero. cura ut uir sis. Idem ad filium. Effice ut excelleas.

Fretus ra/tum/incertæ originis: ablatiuo iungitur: & significat cōfisum/ac munitū: ut uestra humanitate fretus: uestra fretus sapientia: non mea uirtute fretus.

Item facio te hac de re certiorē: idest significo tibi hāc rē: uelim ut me de tua ualitudine facias certiorē.

Item bene hęc res se habet: quod est fere (ut ita dicam) stat bene: & ita bene habeo me: & cū participiis bene me habens redeo rure: & similiter contrarium aduerbiū: quod est male ei uerbo adiungitur.

Itē dicimus antonius ī cyprū traiecturus ē. i. nauigare debet in cyprū. Traicere. n. accipit̄ p nauigare/trāsmittere/soluere cū locū si

gnificat quo ꝓficiſcimur: ut cicero ſoluit athenis & ĩ aſiã traiecit.

Item tueor & tuor ris. differunt. Nam tueor media producta idem eſt quod defendo. Tuor autem media correpta ſignificat inſpicio cum ſuis compoſitis: quorum ſupina exeunt in utum: ut tutum: intutum: obtutum: ſicut loquutum. Licet a tuor deberet eẽ tuitum. Tueor uero facit tutũ & non tuitũ. Virg. Et patrio tutũ te limine ſiſtam. Vtrunq; tamen habet tueri.

Confido alias datiuo: alias ablatiuo caſui iungitur: ut confido tibi: & confido tua uirtute/tua hũanitate/tuo conſilio: & reliqua huiuſmodi.

Credere pro commitere ſæpiſſime ponitur: ut credo tibi mea conſilia: credo tibi grandem pecuniam.

Id genus pro eius generis: quod fere ſimile nomen exprimit: pulchre & uſitate dicitur: ut multa ſunt id genus monſtra. Item de multis id genus rebus loquuntur: quod eſt ſimilibus: & ita de aliis.

Ex ſententia: quaſi ſecundum uolũtatem & proſpere: ut geſta res eſt ex ſentẽtia: quod eſt prout optabam: & id tibi euenit ex ſententia: & multis in locis conſimiliter.

Inferre iniuriam: eſt quaſi iniuriam facere.

Manus inferre alicui: eſt aliquem pulſare.

Impetum in quempiam facere: eſt ferire cum impetu quempiam: & quaſi ui adorire & irruere.

Dare ueniam ſignificat ignoſcere: & licentiam concedere.

Item cum tritum uerbũ uolumus oſtẽdere: & quod in ore omniũ eſt: utimur uel imperſonali: fertur: & aliquando: dicitur: uel perſonali uerbo: aiunt: & eis ſingulis: ut: præponimus: & raro ita: interdum: quod: Exempla huiuſmodi ſunt: Nã ſyrenas (ut aiũt) ſurdis debemus auribus trãſire. Et item: non ita fertur: ut nuſq̃ tuta ſit fides. Item minime turpe eſt quod dicitur tumultuantẽ de gradu deici.

Item dicimus noctem ſuper mediam uigilauimus: quod eſt ultra mediam noctem. Idq; & Seruius ipſe & multi alii teſtant̃.

De ... [handwritten]

Contra sermonem tuum tendo: significat respondeo tibi. Tendo contra iter: idest tibi occurro: sed hoc haud in freqũẽti usu oraro rũ inuenitur.

Macte est & gloriæ & laudis sermo: & plerumq; ablatiuo iũgitur: ut macte uirtute puer: idq; & poetæ usurpant: & scriptores histo riarum: & demum oratores: & est tractum a sacris: idest magis aucte.

Conor hanc rem: optime ac uenuste dicimus: præsertim si res diffi cilis sit, & ardua. Cicero de perfecto oratore. Magnũ opus & ar duum brute conamur.

Item studeo: siquid studiosius effecturi sumus etiã accusatiuo re ctissime iungitur.

Item desidero cum sit absentium rerum: persæpe dicimus desidero amorem tuum: significat tu non me amas: desidero prudẽtiam tuam: quasi sis insipiens: & ita de aliis.

Die quarto & die quarta teste. N. Marcello differunt. Nã die quar to masculino genere significat tempus præteritum. Foeminino uero futurũ. Quod uetustissimi tamẽ protulerunt pro eo quod est nudius tertius: nudius quartus: & itidem de aliis.

Item quarto prætor & quartũ prętor: ut. M. Varroni placet: nõ idẽ significant. Nam quarto prætor locum designat & tres ante fa ctos. Quartũ uero prætor significat tẽpus: & ad hominẽ refert: & eodẽ pacto dicitur tertio consul & tertiũ consul. Liuius. libro primo ab urbe condita Spurrius Lucretius inde &. P. Valerius publicola tertio consules facti. Et alibi. P. Valerius quarto. T. Lucretius iterum cõsules sunt facti.

Item nudius tertius: nudius quartus: nec ultra ꝓgreditur: sicut bi duo: triduo: quatriduo: & binoctio: trinoctio: & quatrinoctio: & non amplius: & de superiore die dicuntur: scilicet: nunc die tertio uel quarto. De sequenti cras: dehinc proximo perendie. Cicero ad atticũ lib. xii. Scies igiť cras: ad summũ perendie. Vn de dies perẽdinus. i. dies ab hic tertius. Cæsar ĩ cõmẽtariis. Qui si ꝑ te liceat ꝑendino die cũ ꝓximis hibernis coniuncti cõem cũ

reliquis belli casum sustineant. Et perendinare.i.differre in longum de die in diem.

P ridie & postridie simillimam obtinent significationem ei: cuius sunt heri & cras. Est enim pridie quasi heri: non tamen præsentis diei: & postridie cras: nõ præsentis diei:sed cuiusdã alterius aut præteriti aut futuri. Præteriti sic: pridie q̃ intrarẽ mare: serena lux fulxit. Futuri sic: pridie q̃ intres patriã sacrificiũ facito.i.die præcedẽti: quo aut mare intrasti aut patriã ĩtrabis. Itẽ postridie q̃ pater mortẽ obiuit: epulũ feci: & postridie q̃ uxorẽ duxero: nauigandũ mihi est. Vel cũ genitiuo sic: pridie illius diei: & postridie illius diei: quo hæc feci aut faciã. Vel sine q̃: & sine diei. Ter. Venit ad me chremes postridie clamitãs: supple illius diei quo hæc gesta sũt: & cum intraui urbẽ audiui hominẽ pridie recessisse. Item dicimus: cum has litteras dabam: erat pridie calendas augusti: uel postridie nonas: & hodie est pridie ludorũ circensium: cras est postridie nundinarum. Item dicimus pridie calendas: pridie nonas: pridie idus: & a pridie fit pridianus.

V ale & salue idẽ significare uidenť teste Varrone: q̃bus nos alias in salutando: alias in execrando utimur: ex quo & terrentianũ illud Valeãt qui inter nos dissidium uolunt: ac mortuis quoq; & qui mortaliũ uita decesserunt: q̃bus nullã huiusce lucis opprare salutẽ possumus dicere solemus. Nõnunq̃ uale dicimus: & ueteres ipsi quondã eisdem idem uerbũ pro more dicebant: quasi nil amplius uiuentibus sibi cũ mortuis futurum esset: & in ꝑpetuum ab eorum iam aspectu discederent. Nam neq; ualent illi: neq; salui esse possunt. Ob eãq; rem addunt nõnulli bene aduerbium feliciter ue: & siqua sũt eiusmodi significantiæ. Verũtamẽ in epistolis ipsis uale in fine dicere consueuimus: absq; ulla uerbi accessiõe: perinde atq; amicis uitæ salutẽ: ac felicitatẽ exoptamus. Quid igitur uale sibi uelit: quo ue pacto utendum sit: diximus. Pro saluto autem nos dicimus salutẽ do: & quẽ salutari cupimus datiuo casui aptissime posuerimus: ut uale & antonio dic salutem.

De kalendis.

Est & alia salutandi rõ: ut iubeo antoniũ saluere: quod est antonium saluta. Nam is modus uim quandam desiderii continet: & pro antiquorum consuetudine infinitus modus in alium transit: ut iubeo te saluere. i. salue: iubeo te gaudere. i. gaude.

Item ualere & bene esse differunt: ualere enim est icolumem esse. bene esse: est bene habere. ut bene est. i. bene res se habet.

Item quod alii ex mea parte dicunt: multo quidem ornatius: uel meo nomine uel meis uerbis.

Itẽ si quotam cuiusq; mensis diem kalendis nonis idibusue cognoscere uelimus: itelligendum est quo numero dierum singuli menses conficiantur: qui quidem in promptu est omnibus. Nam Ianuarius/Martius/Maius/Iulius/Augustus/October/& December. uno & trigesimo quoq; die constituuntur. Aprilis uero Iunius/September/atq; nouember trigesimo die terminant̃ Februarius autẽ uigesimo octauo conficitur: & si bisestus fuerit superaddit̃ unus. Item sciendum primos cuiusq; mẽsis dies kalendarum appellatione notari: secundum quas nonarũ dies cõstituuntur: & in aliis quibusdam mẽsibus septima luce. Martio Maio: Iulio: Octobri. In aliis autem quinta. Ianuario: Februario Aprili/Iunio/Augusto/Septembri/Nouembri/& Decembri: atq; omnes hi dies qui inter kalendas & nonas intercesserint: nonarum cognominatione cẽsentur: ubi & numerum ac nonas ipsas & kalendas ablatiuo casu constituimus: has accusatiuo. Sed inter numerandum & prepostero utemur ordine: & nonarum diẽ connumerabimus. At nonis exactis: proximos octo dies: idq; in quo mense similiter & iduum cognominatione significabiũs Sed pari ratione cum ordinis tum annumerationis: reliquos uẽro eius mensis quotquot superfuerint dies kalendarum appellatione notabimus: quę futuri ac proximi sint mensis: neq; ordinis neq; numerationis ratione mutata. Atq; id omne exemplo Ianuarii illustrandum est. qui habet. xxxi. dies: quarto nonas. viii. idus: &. xviiii. kalendas februarii.

kalendis	Ianuarii	prima dies.
Quarto	nonas	ſecunda dies
Tertio	nonas	tertia dies
Pridie	nonas	quarta dies
Nonis		quinta dies
Octauo	idus	ſexta dies
Septimo	idus	ſeptima dies
Sexto	idus	octaua dies
Quinto	idus	nona dies
Quarto	idus	decima dies
Tertio	idus	undecima dies
Pridie	idus	duodecima dies
Idibus		tertiadecima dies
Decimonono	kalē. februarii	quartadecima dies
Decimooctauo	kal.fe.	quintadecima dies
Decimoſeptimo	kal.fe.	decimaſexta dies
Decimoſexto	kal.fe.	decimaſeptima dies
Decimoquinto	kal.fe.	decimaoctaua dies
Decimoquarto	kal.fe.	decimanona dies
Decimotertio	kal.fe.	uigeſima dies
Duodecimo	kal.fe.	uigeſimaprima dies
Vndecimo	kal.fe.	uigeſimaſecunda dies
Decimo	kal.fe.	uigeſimatertia dies
Nono	kal.fe.	uigeſimaquarta dies
Octauo	kal.fe.	uigeſimaquinta dies
Septimo	kal.fe.	uigeſimaſexta dies
Sexto	kal.fe.	uigeſimaſeptima dies
Quinto	kal.fe.	uigeſimaoctaua dies
Quarto	kal.fe.	uigeſimanona dies
Tertio	kal.fe.	trigeſima dies
Pridie	kal.fe.	trigeſimaprima dies :

I tem pridie kalendas:pridie nonas:pridie idus dicitur: ut ſupra dictum eſt:& ſignificat quod uetuſtiſſimi dicebant die priſtini

p aduerbio quod significat die pristinó: & sic die crastini & die quinti: & die quinto similiter pro aduerbio. Nunc uero pro genitiuis mensium rectius possessiua nomina ponuntur. Et pro kalẽdis ianuarii kalẽdas ianuarias dicimus: & ita februarias: martias: apriles: maias: iunias: iulias: aut qntiles: augustas aut sextiles: septembres: & ita de reliquis. Quod aũt in kalendis: nonis idibusq; ablatiuo casui iũgimus: idẽ possumus ĩ actũm trãsferre: & ad prę̨ponere: sed id significat tempus fere diuturnum: uel ut qdã uolũt tẽpus certũ. i. quod dicimus uulgo apuncto quel di: ut decimo kalendas februarias dedisti ad me lrãs. Ego uero ad octo idus ianuarias ad te scripserã. De tẽpore uero ĩcerto prę̨ponimus circiter: ut scripsi hæc circiter kalendas maias.

De componendis carminibus.

O mnes pedes quibus uersus conficiuntur aut sunt duarum syllabarum: aut trium: aut quatuor: & item oĩs syllaba aut est longa in uersu: aut est breuis. Sed longa duo complectitur tempora. Breuis autem unum dumtaxat: ut diximus. Pedes uero qui ex duabus syllabis constant: hi fere sunt.

P yrrhichius	bb.	ut pater.
S pondeus	ll.	ut musæ.
I ambus	bl.	ut dies.
T rocheus	lb.	ut musa.

De trisyllabis.

T ribrachus	bbb.	ut dominus.
T rimacrus siue molossus	lll.	ut custodi.
A napestus	bbl.	ut domino.
D actylus	lbb.	ut munera.
A mphibrachus	blb.	ut parentem.
A mphimacrus	lbl.	ut nomini.
B acchius	bll.	ut amori.
A ntibacchius	llb.	ut mauortem.

De quattrisyllabis.

P roceleumaticus	bbbb.	ut philosophus.

De antepenultimis incrementis (?)

Dispondeus	llll.	ut fortunatus.
Diambus	blbl.	ut apollini.
Ditrocheus	lblb.	ut fulminabat.
Antispastus	bllb.	ut amabatis.
Choriambus	lbbl.	ut dardanide.
Ionicus maior	llbb.	ut labentibus.
Ionicus minor	bbll.	ut lachrymabant.
Peon primus	lbbb.	ut nobilior.
Peon secundus	blbb.	ut cupidinis.
Peon tertius	bblb.	ut labyrinthum.
Peon quartus	bbbl.	ut animitas.
Epitritus primus	blll.	ut amauissent.
Epitritus secundus	lbll.	ut seruiendo.
Epitritus tertius	llbl.	ut charissimo.
Epitritus quartus	lllb.	ut confirmabat.

Cum pedes quibus syllabis constent plane dixerimus: nunc q̃ta unaquæq; syllaba sit: cumulate demõstrabimus: & primo de incremento dicere decreuimus. Est igit̃ incrementũ ea uocalis quę cũ sit ultima primæ positiõis: declinando efficit̃ penultima: aut antepenultima: ut schema schematibus.

De incremento nominis.

A. e. o. in incremento longantur: ut musa musarum: res rerum: sermo sermonis. A. uero in incremẽto neutri generis breuiatur: ut thema thematis/thematibus. E. quoq; breue est: si in eadem syllaba consonans preit: & uocalis sequat̃: ut spei rei.

I &. u. in incremento breuiant̃: ut fortibus/arcubus/uerubus: excipiũt̃ uirtus uirtutis: salus tis: tellus ris: palus dis: & his similia.

De incrementis uerborum.

A. in incremento uerborum semp longat̃: ut amabã: amabamus: & reliqua. Excipit̃ do. & sua composita. A. enim semp breue est. Virg. Et premere & laxas sciret dare iussus habenas.

E. semper producitur: nisi. r. subeat: tum eni uariæ se habet. Nam a uerbis anomalis tertia persona pluralis numeri præteriti pfecti

longant̃: ut fuere: tulere: in reliqs uero tẽporibus breuiant̃: ut ede ram: fuerã. Eodẽq; pacto tractant̃ uerba tertiæ cõiugationis. Itẽ lõgat̃. e. in secunda psona passiui optatiui & subiũctiui modi: ut docereris: & similiter in secunda psona futuri indicatiui tertiæ & quartæ cõiugationis: ut diceris/audieris. In oĩbus aũt reliqs. e. ante r. breuiat̃: & item contra longat̃: si nõ sequat̃. r.

I breuiat̃: ut cantabimus: amabimus & reliqua. Excipiunt̃ prima incrementa quartæ cõiugationis: ut audiuimus. Diximus autẽ prima: quia secunda breuiant̃. Item in uolo & sum: ubiq; longat̃ & demum in omnibus ubi sequitur u. consonans.

O ubiq; longatur: ut amatore.

V semper breuiatur: ut uolumus.

De diphthongis.

O mnis diphthongus naturaliter lõga ẽ: licet aliquãdo sequente uocali breuiat̃: ut insulæ ionio in magno. Nã insulæ dactylus ẽ.

De prępositionibus.

E. de. præ. se. di. pro. in cõpositione pducunt̃: nisi sequat̃ uocalis. Disertus tamẽ breuiat̃: & itẽ cõposita a pro: ut pficiscor: pfessus: pfundo: pfundus: pfatus: ppero: & siqua sunt alia.

Bi. bis. re. breuiant̃ in cõpositiõe ut biuiũ & refugio: nisi sequat̃ po sitio. Excipit̃ refert: quando differentiã significat: ubi re. longat̃. Martialis. Multũ crede mihi refert a fonte bibat̃. Itẽ re. longat̃ in tribus preteritis: quãdo sequens cõsonans geminat̃: ut rettuli: repperi: reppuli. Excipit̃ etiã reiici: ubi re. indifferenter accipit̃: & quoniã de positiõe mẽtionẽ fecimus: conueniens uidet̃ quomõ positio fiat demonstrare.

P ositionẽ igit̃ uocamus quotiẽs post uocalẽ sequunt̃ plures cõso nantes ĩ eadẽ dictiõe: ut pestis. Nã pe. longa est: quia sequunt̃. s. & t. uel una cõsonãs sit ĩ prima dictiõe: altera uero ĩ secunda: ut Inferretq; deos. Nam retq; longat. e. quia habet. t. in sua dictiõe & in sequenti inuenit q.

I tem litteræ illæ quæ appellãt̃ duplæ ut. x. z. & i. positæ in medio duarũ uocaliũ faciunt præcedentem syllabam longam: ut saxũ:

axis:mezentius:maior:baccheia.

Q uãdo autẽ post uocalẽ sequit̃ muta & post mutã liquida aut.r. aut l.aut n.ea uocalis si fuerit breuis efficit̃ cōis.Nã si fuerit longa nõ potest breuiari ut tenebræ & tenebre:pharetra & pharetra & his similia.

De cõpositione uocaliũ.

V ocalis remanet ĩ ea q̃titate ĩ cõpositione:ĩ qua fuerat in simplici dũmodo nõ mutet̃ cõsonans post uocalẽ:ut cado/occido/pius/impius:& reliqua.

I tem uocalis ante uocalẽ in latinis dictionibus semp̃ ẽ breuis: ut meus/a/um.Excipiunt̃ genitiui in ius/secundę declinationis:q̄ oẽs sunt cões:præter alius quod longat̃:& alterius qđ breuiat̃.

I tem excipit̃.e.ante.i.in q̄nta declinatiõe quãdo ẽ purũ: tũ enĩ lõgat̃:ut speciei/diei:cũ aũt hẽt cõsonantẽ breue est:ut rei/spei.

I tem uocalis longat̃ ante uocalem in bisyllabis huius uerbi fio. Iuuenalis.Fient ista palã cupient & in acta referri.Sed ĩ polisyllabis breuiat̃.Persius.Hæc fierẽt si testiculi & cætera.

I tem longant̃ cuius/huius/& eius. Huic autẽ sæpe p̱ una syllaba accipit̃/atq; producit̃.Et hæc oia in latinis nominibus intelligũtur:græca autẽ tractant̃ ut apud illos & ẽt uident̃ quodãmodo ad placitũ poni.

De præteritis bisyllabis.

O mnia præterita bisyllaba & ab his deriuata longant primã syllabã:ut feci/legi. Excipiũt̃ bibi/dedi/steti/fidi/scidi/& tuli:& quæ habẽt uocalẽ ante uocalẽ:ut fui & rui.

De præteritis geminatis.

O mnia præterita geminata corripiunt primã:ut didici. Item secũdam:nisi ibi sit positio:ut momordi/poposci.Exceptis his duobus cecidi & pepedi:quæ breuiant primã/& longant secundã.

De supinis.

S upina bisyllaba & ab his deriuata habẽt primã longã. Excipiũt̃ citũ/scitũ/satũ/litũ/datũ/quitũ/ratũ/rutũ/statũ/& itum: & q̄ formãt̃ ab eis.Exceptis ab exceptiõe staturus/ambiturus p̱ticipia.

Depositionis terminibus.

I tem supina in tum quæ formantur a præterito mutata ui. in tum longant eam uocalem quæ est ante tum: ut amaui amatũ. hinc excipiuntur situm: citum: & reliqua: ut dictum est: & cognitum & agnitum.

Ad. ab. ob. in. sub. diuerse in uerbis ponuntur. Cum enim crescẽdo bisyllabum reddunt: corripiuntur: ut adit: abit: obit: init: subit: cum trisyllabum faciunt: indifferenter ponuntur: ut adicit: abicit: obicit: inicit: subicit. Sed cũ trisyllabũ cõficiunt: ꝓducuntur: ut adicio: abicio: obicio: inicio: subicio: quæ quidem uerba plerumq; per duplex i. scribi uolunt: eo quod a iacio cõposita mutent a. in i.

E x his quæ uel per quæ uel præ. in primis syllabis scribuntur plerumq; producuntur. Exceptis pretium: precor: preces: premo: prehendo: & queror: hoc est querelam depono. Et ex his quæ ꝑ deriuationẽ aut declinationẽ fieri possunt. &. q;. pro cõiunctiõe.

I tem nomina propria barbara poni in uersu sæpe ad placitum cõsueuerunt. Vnde Virgilius Sicheum nũc prima longa nunc breui accipit. Latina aut græca nomina non perinde tractantur. Sed in iis tum regula tum usus ueterum obseruandus ẽ. Vnde Ouidius. Quominus ĩ nostris ponatis amice libellis: Nominis efficitur conditione tui.

I tem omnia deriuatiua seruant normam suorum primitiuorum: dũmodo non mutetur consonans: quæ sequitur post uocalem. Nam mouendus habet primam breuem: quia a moueo deriuatᷣ: & seruat. u. post o. Sed mobilis quia non seruat u. post o. ideo longa est.

H æc tamen quæ a longis descendunt: breuiantur.

Breuia		Longa	Breuia		Longa
Voco	as	a uoce	Vireo	es	Vires uiriũ.
Sedeo	es	Sedes is.	Status		Statura.
Rego	is	Regula	Neq;		Nequaq̃
Tego	is	Tegula	Homo/uel humus/humanus.		
Lateo	es	Laterna	Iocus		Iocundus.

Tot	Totus	Similis	Simia.
Secus	Secius	Italus	Italia
Vitium	Vitupero	Lego	Lex legis
Oportet	Opportunus.		

Opportunus tamen non putauerim ab illo esse deriuatũ oportet. Sed a præpositione ob.& portus. Vnde scribendum arbitror du plici p. Itaq; & importunus dicitur: cuius nunquam in portu est animus.

Hæc quæ sequuntur licet a breuibus deriuentur: longa tamẽ sunt.

Longa	Breuia	Longa	Breuia
Dico cis	Dicax	Ara	Haruspex.
Duco is	Dux	Fabula	Fabella. Hora
Fido is	Fides	tius tamen ꝑduxit dicens fabel	
Luceo es	Lucerna	lam surdo.	
Vado is	Vadum	Acer	Acerbus.
Sopio	Soporo as	Varix	Varicosus.
Munio	Manus	Vitulus	Vitellus.
Viro	Vitium	Titan	Titulus.
Stabo	Stabulum	Bobus uel bubus	Bubulcus.
Notum	Noto as	Monos	Monacus.
Natum	Nato as	Sodes	Sodalis.
Areo	Arista	Profugit	Profugus.
Offa	Ofella	Odi	Odium:
Liquitur uerbũ	Liquor nomen.		

De primis syllabis.

A nte b.c.d.f.g.p.q.t.u.r.in primis syllabis dictionũm breue est: ut labor nomen: & reliqua. Sed.

A ante b.longant labor uerbum: fabula: flabam: scabidus: trabis: nabam: pabula: labes: fabor: strabo: stabam.

A ante c.longant incipientia a b.uel a p.ut baca bacæ: placo cas. Exceptis paciscor: placeo: baculus. Similiter longant machina: acer: generis masculini. Sed quãdo ẽ generis neutri & speties ar boris habet primã breuẽ. Itẽ macer: facũdus: dacus: graculus.

Des ponderis carminibus

A ante d.lõgant suadeo: spadix:clades:radix:rado:trado: tradu co:gradiuus.

A ante f.longatur.zafirus:idest lapis qui uulgo zephirus dicit.

A ante g.longant strages: uagio:magus: uagina:magalia: stragu la:saga.i.incantatrix: nam sagum genus uestis corripitur. Item longant quãdo antecedit p.uel f. Hinc deme flagellum:fragor: fragilis: & plaga:quando significat rete uel regionem. Nam pro uerbere longant a.ante g. Martialis in sexto. Plaga iuuat:sed tu iam dea parce deo.

A ante p.longant papilio:uapulo:papo:appulus. Horatius. Me fabulose uultur in appulo. Apulia tamen scribitur per simplex p. & habet primam breuem. Item longant papa:lapa: crapula: mapa.& ripa.

A ante q.longant solũmodo composita.

A ante r. longant areo:naritia: glareo: area:carex:pareo:nares:pa ro:parũ:carica:stare:quare: flare:nare:& ara.i.altrare. Nã pro sta bulo & aue aspiratur:& breuis est cum suis cõpositis ut aruspex longant insuper adiectiua in rus desinentia ut carus ra/ rum:& rarus a/rum.

A nate t.lõgant uates:saturnus:fatum:natura:quatuor: quatenus ater a/trum:& illa quæ habent m.uel r.ante a.præcedente muta ut mater:& frater:gratus:pratum:& reliqua.

A ante u.longant gnauus:auia:gauisus:nauis:mauors:pauo:sua uis:mauis uerbum:prauus:& si ante a:est muta & l.ut clauis:& clauus.

I tem a.ante l.m.n.s.producitur.Sed.

A ante l.breuiant malus la/lum.i.nocens:calo as:alo is:pales:pa lam: phalanx & salum. Item ea quæ crescunt in genitiuo: ut sal salis. Hinc excipiuntur calo calonis:& ales aletis. Item breuiãt oĩa polisyllaba præter squaleo:salebra:balena:caligo:& alea.

A ante m.breuiant omnia polisyllaba: exceptis amitto: lamina: lamentor: & amentum. Item breuia sunt fames : clamis :amo/ amas.

A ante n. breuiant cano: manus: anus: pro uetula: canis animal: anas anatis: & polisyllaba. Exceptis ganeo: anulus: & quę a longis deriuantur.

A ante s. breuiant asellus: fascilus: casa: basis & asia ꝓ ꝓuincia. Nā pro palude longatur. Virg. Atq; asia circum.

E ante b.c.d.f.g.m.p.q.r. breue est. Quædam tamen ex his excipiuntur.

E ante b. producunt ea in quibus duæ consonantes præcednut e. ante b. ut plebs plebis/creber a/um. Item nebris/phæbus/phębe/thebe/debilitas/nebam & debeo./

E ante c. longant sęculum/mechus/fecis/securus/fecundus/gręcia cæcus/mecum/tecum/secum/uecors/teca/eco.

E ante d. longant disyllaba ut tedet/cedo/predo/& pedor. i. situs. Hinc demitur edo es/pes pedis/& pedum. i. baculus pastoralis

Item polisyllaba ut medicus/sedeo. Excipiuntur sedulus/seditio/& medica herba.

E ante f. longant a longis deriuata. Deficio tamē & reficio ponūtur indifferenter.

E ante g. longant æger/ægyptus/dego/egis/lego as/leges/regem/regina/regia.

E ante m. longant foemina/semita/præmium/remus: idest pars nauis: & quando e. per se syllabam facit ut emineo. Excipitur emo Item longant quæ crescunt in genitiuo ut semen & uehemens. Exceptis memor/nemus/femur & femen. Lucretius in. iiii. Surarum & feminum pedibus fundata plicari.

E ante p. longant cæpe: & quæ habent s. ante e. ut sæpe. Excipitur sepelio.

E ante q. lōgant æquus a/um/nequis/nequam/nequaquam/ęqualis/æquor.

E ante r. lōgāt heros: hęres: hęreo: feralis: erūna: cerulus. męret. i. luget: eruca: ceraunia: feria: serus a. rū: erigone: clerus: ferus: feria: ferica: feretrū. & quādo ue. ē āte r. ut ueratrū: uerus. hic d̄me uereor

De ... pendiis carminibus

uerbum & hoc nomen ueru. Item longant disyllaba: quando ha bent p. ante e. ut pero peronis: & pæra. Iuuenalis. Per glacié pe rone tegi. & Martialis. Dormiat & tetrico cũ cane pæra roget.

I tem e. ante l. n. s. r. u. longatur. Sed.

E ante l. breuiant polisyllaba: exceptis spelunca: belua: eletrum: spelea: elisius: delitiæ: & delubrum: quæ quãuis polisyllaba sint tamen longantur & contra chelim: uelim: uelut: gelu: melos: sce lus & celer: quanquam disyllaba sunt: tamen breuiãtur. Elegiã: prima producta locauit semel Ouidius: ut Venit odoratos ele gia nexa capillos.

E ante n. breniant enim: fenestra: penu: penetro: penes: penates: frenesis: & penes nomen: & quæ habent b. g. s. r. u. ante e. Hinc excipiuntur uenit præteritum huius uerbi uenio: uenum: uena tenia: uenor uenaris: trenara: senus: & senarius: quæ longantur.

E ante s. breniant composita a breuibus: ut resero & thesis.

E ante r. breuiant metallum: etiam: metuo: fretum: metrum: retro: gethe: meto tis: metus: & si p. aut r. aut u. est ante e. Hinc demi tur thetis mater achillis. Nam pro uxore oceani primam postre mamq; longam habet: & peto petis: & uetus: hinc demitur pæ tus a/um. Horatius i primo sermonum: Strabonem appellat pæ tum pater & pullum male paruum.

E ante u. breuiant seuerus: breuis & leuis. i. non grauis. Mam pro polito & lubrico longatur: ut leuis ocreas. Item corripit e. ante u. leuo as. i. exonero. Virgilius. Ego hoc te fasce leuabo. Nam ꝓ expedire producit /e/ Statius in iiii. siluarum. Hi cedunt nemus exuuntq; montes hi ferro scopulos trabesq; leuant.

I ante b. c. g. p. q. t. breuiatur. Sed.

I ante b. longãt tribula: iberna: fibula/ scribo: liburnus: liber ra/um liber. i. bacchus: ibo: uibex: sibilus: sibilo uerbum: sibilla: libo: li bum: quibo: ibis: ibidis.

I ante c. longant spiculũ: dico: dicis: uicus: trica: tricenus: uicenus ficedula: picus: licium: spica: mica. Martialis in septimo. Nullaq; mica salis/ nec amari fellis/ in illis. ficus: pica: sicut sica: sicarius:

lco tamen uariatur.

I ante g.lõgant figo:uiginti:bige:piga:frigus:frigeo:fligo: pigardus:& quæ habent s.& r.ante i.ut stigo: hinc deme stigẽ: & striges strigil uariatur.

I ante p.longant uipera:ripa.stipes:stipo:cipus.

I ante t.longant nitor:ditem:clitella.lites:italus:phiton:psitacus titan:titillo:sitis:uerbũ:glitis:itur:& quę habent m.aut r.uel u. ante i.hinc excipitur britannus:uitium:uitulus:uitellus.i.pars rubra oui.

I tem i.ante d.f.l.m.n.r.s.u.longatũr.Sed.

I ante d.breuiant idem neutri generis:fidis:corda:fidei:ideo:gnidus.i.urbs cariæ:cidonius:quidem:idoneus: & quæ habent b. aut r.aut m.ante i.hinc deme strideo:strido:rideo.

I ante f.breuiãt cyphus:scyphus:& nomina composita:ut magnificus/& his similia.

I ante l.breuiant cilydrus:philomena:philix:hilaris:cilium:cilix: milium milii genus frumenti:bilibris:pilus:pila qua luditur & uas & pes pontis:sed pro hasta & laco producitur.Item breuiãt si s.aut.t.preit ut sileo/& tilie & siler arbor.

I ante m.corripiunt himen:timum:fimus:simul:nimis.

I tem oĩa polisyllaba præter simia.

I ante n.breuiant tinea:lineo:lino:linus:nomen poetæ:& quæ habent c.m.s.ante i.ut cinis:minor: sinus:præter sinum.i.uas qđ producitur. Virgilius. Sinum lactis & hæc te liba priape quot annis.Expectare sat est

I ante r.breuiant pyra.i.rogus & lignorum congeries:lira:uirum: pirus & pirum : & omnia polisyllaba præter stiria : spirula: pirata:piramis:fluuius siue lapis.

I ante s.breuiant miser:misereor: misertũs: nisi:pro cõiũctione:nã pro nomine proprio producitur i.& composita a breuibus.

I ante u.breuiant niuis:& composita a bis & tris:ut biuiũ/triuiũ.

N otandũ quod i.aliquãdo ex uocali fit cõsonans:& ecõuerso:ut supra diximus. Virgilius. Iulius a magno demissũ nomẽ iulo.

Deppositis Carminibus

in hac dictione Iulius.i.est consonans:in iulo autem est uocalis & scanditur sic. Iulius/ama/gnode/missum/nomeni/ulo.

O ante b.d.g.m.s.longatur.Sed.

O ante b.breuiant obex in nominatiuo tantum: soboles/obesus & quando duplex consonans preit:ut globus: probus.

O ante d.breuiant modo:aduerbiũ:modus:odor & polisyllaba.

O ante g.breuiant rogo:rogus:toga.

O ante n.breuiant homo:comẽdo:stomacus:domus:omasus:dominus:como is: & coma:glomero :glomus:omitto: domo as: uomo is:& composita ab eo.

O ante s.breuiant rosa:ꝑseuca:prosa & posui.

I tem.o.ante c.f.l.n.p.q.r.t.u.breuiatur.Sed.

O ante c.longant iocundus:uocem:procerus: ocior:ocyus: fõca: uocalis:cocytus:pocula:ocior ociaris:ocia:oco as.

O ante f.longant rofum:& composita a pro:ut profuit.Exceptis proficiscor:professus :profecto:& alia:ut diximus supra de præ positionibus.

O ante l.longant nolo:molior:moles:solis:dolium:proles:solor ꝑlixus:solemnis: solers:boletus:olim:coliphia:solus:polipus colum:colo as.

O ante n.longant nonus :zona:pono:nonæ:nonarũ: & si c.d.uel p.preit ut conus:donum:pone:& similia.

O ante p.longãt opilio/popisma/propago/uitis/sopio/populus/ pro arbore/operior/tropus & opis cum nomen nymphæ est: & quæ habẽt c.ante o.hinc demitur cophinus/scopos/scopulus.

O ante q.longant composita ut quoquo & quoq; non aduerbiũ. Lucretius.Proinde licet quamuis ex uno quoq; loco sol.

O ante r.longant chorus pro uento: os oris:oro oras: coram: torax:hora:noram:corallus:ora regio:moris:doricus:fores.& si l. aut r.preit ut lorum & roris.

O ante t.longant dotis/cotis/quotidie/lothos/totus/uotum/notus/ta/tum:poto: & si duæ consonantes præcedunt: ut ꝑtinus exceptis proteruus:prothos:& prothoplaustrũ.

O ante u.lõgant ouum/oui: & cõposita a pro:ut prouideo/prouidus/prouincia:& quando.u.est purum.

V ante b.l.p.u.breuiar̃. Sed.

V ante b.longant tuber: rubigo:suber: uber:pubes: & si b.aut.n. preit: exceptis inuba pronuba & bubulcus: connubium tamẽ ponitur ad placitum.

V ante l.longant uligo:& si g.uel f.uel m.preit. Hinc excipe gula mulier & fuligo.

V ante p.longant cupa:stupa: & si preit n.uel p.uel r. ut upapa tamẽ uariatur.

V ante u.longant uua:uuidus.

V ante c.d.f.g.m.n.r.s.t.longar̃. Sed.

V ante c.breuiant lucerna:lucror:duces:ducenti:duceni:& si preit n.uel t.uel r.ut nux nucis:trux trucis:crux cis.Martialis ad gallam.Hirsutum & dura rusticitate trucem.

V ante d.breuiant rudens:pudet:rudis:trudes:trudo:studeo:pudicus:cudo:rudo aũt ponitur indifferenter.

V ante g.breuiant tugurium:& quando f.uel i.uel p.preit:præter fruges & frugi.

V ante m.breuiant humerus:humilis:sumus: & quando c.uel n.uel t.preit: ut crumena:numerus:tumidus :& reliqua.hic deme numen & struma.

V ante n.breuiant cuneus/tunica.

V ante r.breuiant nurus:curio:curulis:muria.

V ante s.breuiant susurro/pusillus.

V ante t.breuiant puto as:putris:cutis:frutex:uter:lutum:utres: & uti aduerbium: & omnia pollisyllaba. Excipiuntur mutuus: inutilis:mutuo:glutio:putreo putres:fũtilis:utilis:futuo.

De mediis syllabis.

A ante b.c.d.f.l.m.n.p.r.s.t.breuiatur. Sed.

A ante b.longatur quando sequitur bilis:ut amabilis.

A ante c.longant opacus: cloaca:& in culum desinẽtia: ut cenaculum:& habentia.a.ante cis in genitiuo:ut mendacis.

Pro ponendis carminibus.

A ante d.longat cicada.
A ante l.longant noīa tertiæ declinationis:ut australis:& obliqui neutri generis in al.ut animalis/toralis.
A ante m.longant desinentia in men:ut foramen/uelamen.
A ante n.longat tertia declinatio:ut inanis.Item deriuatiua & gẽtilia:ut montanus/mantuanus/pisanus:& quæ habent ante.a.uocalẽ:ut adrianus:& obliqui ut titanis:peanis.Itẽ uulcanus.
A ante p.longant priapus & sinape.
A ante r. longāt deriuatiuū ut armariū/granariū:& obliqui ut cal car calcaris.Excipiunt̃ cæsaris:bostaris:iubaris:nectaris:asparis quod ẽ locus in ędibus pene apertus.
A ante s.longant a longis deriuata:ut parnasus:omasus:agaso.
A ante t.longant in tes & tis desinentia:ut achates.
I tem.a.ante g.&.u.longatur.Sed.
A ante g.breuiāt noīa secūdę declinatiōis:ut pelagus:abdenago.
A ante.u.breuiāt a breuibus deriuata:& ecōuerso.
E ante b.c..d.l.m.n.q.t.longatur.Sed.
E ante b.breuiant herebus:terebinthus:unde terebentihina helle borum.
E ante c.breūiat seneca.
E ante d.breuiāt essedones:& a pede cōposita:ut quadrupedes.
E ante l.breuiant angelus:sepelio. Martialis. Heredes nolite bre uem sepelire colonum.
E ante m.breuiant heremus:uehemens:biemis:alemania.
E ante n.breuiant helena:helenus:hebenus:iuuenis.
E ante t.breuiāt temetum:uenetus:ametistus: & quæ ueniūt a ter tia declinatione:ut teres teretis.
I tem.e.ante g.f.p.r.s.breuiatur.Sed.
E ante g.longant collega:tristega:cethegus.
E ante p.longat præsepe.
E ante r.lōgāt statera:galerus:chimera:austerus:materia:pāthera.
I ante b.c.d.f.g.l.m.n.p.r.s.t.breuiat̃.Sed.
I ante.c. longant:amicus: tibicen: pudicus: conuicium:apricus:

radicitus:umbelicus:& obliq̄ nominū in.x.desinentiū ut masti cis:sandicis::& quæ cognoscūr accētu:ut numicus:piculum.

I ante d.lōgant formido/cupido/abidus/desiderium/infidus/cō sidero:& patronomica in des.ut thesides.

I ante l.longant ea quæ in ile/uel in ilis/exeunt:ut monile/quinti lis/sextilis/exilis/& asilum.

I ante m.longant sublimis/opimus:& quæ cognoscunr accentu.

I ante n.longant festino/festinus/erinis/caminus/catinum/salmū propino/quirinus/supina/sagina:& quæ cognoscunr accentu.

I ante p.lōgat obstipus.Persius.obstipo capite inquit.

I ante r lōgāt butirus/papirus/suspiria:& quæ cognoscunr accētu.

I ante s.longant paradisus/gauisus:& quæ cognoscunr accentu.

I ante t.longāt margarita/leuita/censitus/aconita/inscitia/cocitus heremita:& quæ cognoscuntur accentu:& irrito cum significat prouoco. Horatius in arte poetica. Segnius irritant animos de missa per aures:q̄ quæ sunt oculis subiecta fidelibus.

I tem.i.ante q.& u.longatur.Sed.

I ante q.longāt siliqua:& quæ a breuibus deriuantur:ut aliquis/ reliquus.

O ante b.c.d.g.l.m.p.r.breuiantur.Sed.

O ante b.longant october/ambobus/duobus.

O ante d.longant herodes/custodis.

O ante g.longat sinagoga.

O ante l.longant bibliopola/miropola.

O ante m.longant neutra ut amomum.

O ante p.longant piropus/europa.

O ante r.lōgāt pelorus/sonorus/canorus:& q̄ cognoscunr accētu.

I tem.o.ante.n.s.t.u.longatur.Sed.

O ante n.breuiant sindonis/canonis/pannonius.Tibullus.Te stis quoq; fallax pannonius gelidas passim disiectus in alpes. Item theutonicus/senones. Lucanus in primo. Nos primi seno num motus cimbrumq; furentem. Vidimus & martem lybies cursumq; furētis Theutonici quotiens romam fortuna lacessit.

De componendis carminibus.

Idem in .ii. cum post theutonicos uictos lybicosq; triumphos.

O ante t. breuiat: ostrogothus: Appollinaris in panagyrico ad ualeriũ maioranũ: Bisalta ostrogothus ꝑcustes sarmata moschus.

V ante b.l.p. breuiatur. Sed.

V ante b. longant saluber. Cõnubia ponunt̃ ad placitum.

V ante l. longãt getulus: & quæ cognoscuntur accentu.

I tem V. ante c.d.g.m.n.r.s.t. longatur. Sed.

V ante d. breuiant pecus pecudis: & quæ cognoscuntur accentu.

V ante g. breuiant sanguisuga: & quæ cognoscuntur accentu.

V ante m. breuiant incolumis: & quæ cognoscuntur accentu.

V ante r. breuiant purpura luxuria/luxurio/mercurius/cẽturio/lemures: & quæ cognoscuntur accentu.

V ante t. breuiant arbuta: & quæ cognoscuntur accentu.

P ræterea notandum est quod. V. ex uocali fit interdũ cõsonãs: & econuerso: ut supra docuimus. Horatius. Aurarũ & siluæ metu. Et scanditur sic Aura/ret silu/emetu. Nã hoc loco. V. ex cõsonante fit uocalis pp metrum. Item in hac dictione tenuia: cum. V. sit uocalis efficitur cõsonans ut tenuia triũ syllabarũ.

De ultimis syllabis.

N ominatiuus singularis has habet breues. A. ut musa. e. ut sedile o. ut uirgo. u. ut cornu. el. ut mel. il. ut uigil. ul. ut cõsul. m. ut tectum. n. ut carmen. ir. ut uir. or. ut doctor. d. ut quod: qd. t. ut caput. Sciendum tamen dictiones exeuntes in t. poni ad placitũ. Virgil. Non tibi timbre caput euandrius astulit ensis. Ouidius de fastis. Nox abiit oriturq; dies paulia poscor. Ex hiis ꝑducũtur in græcis. e. ut euterpe. o. ut dido. en. ut lien. siren. il. unum ætruscum ut tanaquil.

H æc sunt item quæ producuntur. i. ut frugi. l. ut sol. an. ut titan. on. ut memnon. in. ut delphin. as. ut facultas. c. ut lac/alec.

As. finitus nominatiuus in græcis tunc tantũ breuiatur cum gtũs in os. fuerit terminatus: ut archas archados: pallas pallados.

Er. in græcis nominibus lõgat̃: ut æther/aer. Itẽ hæ sũt quæ i monosyllabis longant̃: in disyllabis uero & deinceps corripiunt̃.

Ar ut nar: far: par: cæsar.
Er ut uer: pater.
Vr ut fur: murmur.
Is ut glis: uis: lis: fortis.
Al ut sal. Trisyllaba ut hannibal.
Item torcular & puluinar: quia quibusdam placuit hoc torculare dici: non torcular: & hoc puluinare: & non puluinar.
Es producitur. Excipiuntur corripientia penultimam crescentis genitiui: ut miles militis: pedes peditis: eques equitis: & similia. Hinc deme res: ceres: spes: fides: pesq; cum suis compositis: ut quadrupes: sonipes. Itē longa sunt quæ habēt i. ante s. ut abies paries: aries: quies. Græca uero in plurali si a genitiuo finito in dos/uenerint: ut archados: archades: breuiantur.
Os oris producitur: os ossis breuiatur. Nepos os longat: quia dicimus nepotis penultima producta. Compos breuiat os: quia dicimus compotis penultima correpta. Delos os breuiat: quia delu facit in genitiuo apud græcos.
Vs breuis est ut iustus. Excipiuntur monosyllaba & genitiuus numeri singularis & nominatiui & accusatiui & uocatiui plurales quartæ declinationis. Item longatur us. si in genitiuo crescente u. longa permanserit: ut uirtus uirtutis. Hinc excipitur palus: quod solum corripitur.
Genitiuus singularis longatur: nisi s. habuerit in fine secundum grecos: aut tertiæ fuerit declinationis. Hinc excipitur uis quod solum producitur.
Datiuus singularis producitur: sed in grecis breuiatur: ut palladii & reliqua.
Accusatiuus in latinis breuis est: in græcis tamen breuiatur cum a. uel on. fuerit terminatus ut thea: delon insula: alias lōgus ē.
Vocatiuus ī latinis breuis est: nisi finiat in i. ut mercuri. In grecis corripitur ut ulyxi: quinetiam si fuerit similis nominatiuo regulam eius seruat: ut hec paupertas: o/paupertas. In masculinis tamen producitur: ut o enea: & e. finitus tunc tamen breuis est: cū

eius nominatiuus os. fuerit terminatus ut phoebos phoebe.
Ablτũs producitur: nisi sit tertię declinationis in e. littera termina tus: præter fame.
Nominatiuus: accusatiuus: & uocatiuus plurales in masculino & fęminino producuntur. In neutro uero breuiantur. In græcis q̃ a genitiuo singulari dos finito uenerint: in masculino & fęmini no genere breuiãtur: ut huius archados: hi archades: hos archa das: alias lõgi sunt.
Genitiuus pluralis semper breuis est ĩ latinis. In græcis uero pro ducitur: ut philemon he philemon.
Datiuus & ablτũs plurales in is terminant̃: lõgi sunt: ut doctis: si bus: breuiant̃: ut agilibus: aut si gręca termĩatio ẽ ĩ sin: ut arcasin.

De pronomine.

Declinatio pronominis in hoc differt a nomine: quod in mono syllabis quæ aut uocalibus terminantur ut me: te: se: aut uocali bus constant: ut o. & a. in quolibet casu producuntur.
Genitiuus cum us finitur: breuiatur ut illius.
Datiuus longus est: præter mihi: tibi: sibi: quæ indifferenter ponũ tur. Sic reliqui quoq; casus regulam summunt ex nomine.

De uerbis.

O. ponitur ad placitum pręter monosyllaba ut do. quę sunt lõga.
E. m. r. t. us in omnibus uerbis: modis & personis & coniugatio nibus breuiãtur: ut lege: docebam: legebar: faceret: nutriremus. Sed ex his quæ finiunt in e. excipiuntur uerba secundæ coniu gationis imperatiui modi ut doce: mone: & reliqua. Item quæ exeunt in t. ponuntur indifferenter ut diximus.
Item a. ut ama. i. ut nutri. u. ut luctu. ac. ut fac. as. ut uocas. es. ut le ges: producunt̃. Excipitur es. quãdo uenit a sum es est: & ab eo composita ut abes: ades: & reliqua: in aliis producit̃ ut doces.
Is breuiat̃. Excipit̃ secũda psona pręsentis ĩdicatiui modi quartę cõ iugatiõis: ut audis: feris: nutris: & reliq̃: uolo uis: alias breuiat̃.

De aduerbiis.

L. m. n. r. in omnibus aduerbiis breuiantur: ut semel: tam: forsan:

forsitan: excipiuntur non: & en.
E. producūt ea quæ ex nomine ueniūt: & comparationis gradus seruant: ut docte/doctius/doctissime: alibi e. breuiatur ut sæpe: rite: bene: male.
I. finita semper producuntur: ut heri: præter quasi: ibi & ubi.
O. ponitur indifferenter: sicut in oibus partibus orōnis: ut falso.
As. longatur ut cras: alias: & reliqua.
Is. breuiatur ut magis: satis: & similia.
A. u. c. producuntur: ut una: noctu: & illuc. Excipiuntur ita: puta.
A ccusatiuæ præpositiones absq; iis quæ in a. exeūt & una monosyllaba cis. breuiantur.
A blatiuæ: illæ monosyllabæ longæ sunt: quæ aut uocalibus constant ut. a. aut uocalibus terminantur ut e.
V triusq; casus præpositiones omnes sunt breues.
Re. ubiq; breuiatur. Excipitur refert: cum differentiam significat: & uno uerbo reiicio: ut dictum est supra.

De coniunctionibus:

O mnes fere coniunctiones corripiuntur. Sed quę a. aut i. terminā tur: producuntur. Excipiuntur ita: quia: & nisi.
I tem producūtur quæ in n. desinunt: si ante se habuerint i. ut sin: alioquin: an: & siqua sunt alia.

De interiectionibus.

O mnes interiectiōes si monosyllabæ fuerint: ꝓducuntur: ut heu: cæteræ uero exemplo similium partium orationis existimandæ sunt: ut pape admirantis. hæc in oibus partibus orationis seruāda sunt. Excipiunt̃ quæ aut diphthongo aut positiōe longant̃.
D e figuris dictionum quæ fiunt i uersu satis dictum est superius. Synaloephe tamē (ut diximus supra) est collisio uocalis altera sequente uocali: quæ fit quotiens dictio desinit in uocalem: & sequens incipiat a uocali: tum prima uocalis quæ est ultima syllaba pręcedentis dictionis remouetur. Virgil. Extemplo ęneæ soluuntur frigore membra. Nam i dictiōe extemplo remouetur o. & scādit̃ sic. Extem. plenę. esol. uuntur. frigore mēbra. Quādoq;

tamẽ &si raro contigit: uocalis remanet: nec tollitur alia sequẽte uocali: sed tunc utplurimũ fit breuis: quanuis sit longa natura: ut apud eundem. Et longum formose uale uale inquit iolla. Nã in uerbo uale e. remanet: quanuis sequatur i. in uerbo inquit: & licet sit naturaliter longũ: tamẽ corripitur: & scãditur sic. Et lon. gumfor. moseua. leuale. inquit i. olla.

Eclipsis est collisio consonantium cum uocali: ut supra dictũ est.

Hæc de pedibus/deq; syllabis pro facultate perstrinximus: nunc autem de mensura ipsorum carminum dicendũ uidetur. Et quoniam multa ac uaria sunt illorum genera: non mihi ab re uisum est de ipsis quoq; singulis mentionem facere: & quot & quibus pedibus costent apertissime declarare: quod commode faciam: si prius hexametri ac pentametri scansionem planissime demonstrauero.

Versus igitur hexameter siue heroicus ex sex pedibus constat. i. dactylo: spondeo: & trocheo. Et dicitur hexameter ab ἐξ quod ẽ sex & μετρον. i. mensura: quia sex pedibus mensuratur. Sciendũ est quod dactylus licet possit esse in omni sede præterq̃ in sexta frequentius tamen ac necessario erit in quinta. Spõdeus i omni sede: sed raro in quinta. Trocheus autem solummodo in sexta: ut Armaui. dactyl. rumq;ca. dactyl. notro. spon. iequi. spon. pri musab. dactyl. oris. spon. Itali. dactyl. amfa. spon. toprofu. dac. gus la. spõ. uinaq;. dac. uenit. troch. Item Cornua. dac. uela. spõ. tarob. spon. uertimus. dactyl. anten. spõ. natum. troch. Sciendũ est tamen quod trocheus ponitur pro spondeo: quia carmen hexametrum quatuor & uiginti temporibus constare debet. Non nunquam tamen inuenitur proceleumaticus pro dactylo ut Genua labant. Item peon tertius: ut hærent parietibus scalę. Item anapestus ut fluuiorum rex eridanus.

De pentametro.

Pentamer uersus ex quinque pedibus cõstat: & deriuatur α πεντε. i. quinque & μετρον mẽsura: & in primo & secundo pede potest esse dactylus siue spondeus: deinde linquimus syllabam

plurimum longam. Raro enim breuis reperitur talis cesura. Postremo duos dactylos ponimus: & unam in fine syllabam siue breuem siue longam: ut Hoc breue nescires unde mouet opus: quod duobus modis scanditur. Hoc breue. dactyl. nesci. spon. res. unde mo. dactyl. uetur o. dactyl. pus. Item Proueni. dactyl. unt uacu. dact. e/carmina. dact. mentis o. dact. pus. Aut post illas duas priores sedes i quibus diximus indifferenter poni dactylum uel spondeum: collocamus spondeum: rarissime autem trocheum. In quarta sede anapestum: & in quinta uel anapestũ: uel tribrachum: ut Hoc breue. dactyl. nesci. spon. res un. spõ. de moue. anape. tur opus. trib. Item. Protinus. est ocu. lis co. gnita no. stratuis.

De trochaico.

Inuenitur quoddam genus carminum trochaicum alcmaniũ: constans quatuor pedibus: uidelicet: tribus primis trocheis: & ultimo spondeo. Secundus uero uersus pherecrarius habet tres pedes: anapestum: dactylum: & in fine spõdeum: quo quidem genere usus est boetius.

Quos uides sedere celso.

Solii culmine reges. & scãdit sic. Quos ui. tro. des se. tro. dere. tro. celso. spon. Solii. anape. culmine. d. reges. sp.

Est & aliud genus: cuius primus uersus est quadripes: ut superior uersus. Secundus uero uersus est tripes: primus trocheus: secundus spondeus: tertius dactylus: ut in sacris litteris.

Pange lingua iam tropeum.
Caterinę uirginis.
Quæ colebat trinum deum.
Atq; fidem numinis. & scanditur sic. Pange. tro. lingua. tro. iam tro. spon. peum. tro. Cate. tro. rinæ. sp. uirginis. d. Sciendum qđ carmina trochaica possunt recipere imparibus locis tribrachũ: & aliquando dactylum: paribus uero spondeum: anapestum: & dactylum.

De iambico.

Inuenitur ēt aliud genus carminū iambicum archilochium: quod cōstat tribus pedibus: amphibracho: & duobus iambis: siue altero pyrrhichio. Sequēs uero uersus est hipponacticus: cōtinēs quinq; pedes & syllabam in fine: hoc est: quinq; iambos: & in fine syllabam. Quo genere usus est Horatius.

Non ebur neq; aureum

Mea renidet in domo lacunar. & scandit̄ sic. Non ebur. amphibra. nequau. iamb. reum. pyr. Mea. iamb. reni. iamb. det in. iamb. domo. iamb. lacu. iamb. nar. syllaba.

Est & aliud genus iambicum hipponacticum: constans sex pedibus. i. sex iambis. Potest tamen recipere spondeum siue pyrrhichium in paribus locis. Sequens uersus archilochius habet quatuor pedes: uidelicet: iambos: admixto tamen aliquando spondeo siue pyrrhichio: ut apud Horatium.

Ibis liburnis inter alta nauium.

Amice propugnacula. & scanditur sic. Ibis. sp. libur. iamb. nis in. iamb. teral. iamb. tana. iamb. uium. pyr. Ami. iamb. ce pro. iamb. pugna. sp. cula. pyr.

Est & aliud genus iambicum hipponacticum: habens sex pedes: spondeum. iambū: spondeū: & in quarta & ī quinta sede iambū & in fine trocheum: & aliquando spondeum. Secundus uersus est sapphicus: cōstans sex pedibus & pētimemeri. i. duobus dactylis: & deinde syllaba: & deinde quatuor iābis. ut apud eūdē.

Pecti nihil me sicut antea iuuat.

Scribere uersiculos amore percussum graui. & scanditur sic. Pecti. spon. nihil. iamb. mesi. sp. cut an. iamb. tea. iamb. iuuat. tro. Scribere. d. uersicu. d. los. syllaba. amo. iamb. reper. iamb. cussum. sp. graui. iamb.

Est & aliud genus iambicum hipponacticum recipiens sex pedes spondeum: iambum: spondeum: & duos iambos: & in fine iambum siue pyrrhichium: ut apud eundem.

Iam iam efficaci do manus scientiæ. & scanditur sic. Iamief. spond. fica. iamb. cido. spon. manus. iamb. scien. iamb. tiæ. iamb.

Et est qui scazon dicit̃ uersus Senarius locis paribus aut iambos aut pedes admittens trisyllabos: a breui incipiens: prӕterq̃ ĩ sexto: in quo necessario habet spondeũ. Locis autem ĩparibus uel hos ipsos: uel spõdeos habet. Spondeũ tamen in penultima se de nõ admittit: ut illud. Baiana nostri uilla basse fausti. & scandit̃ sic. Baia. sp. nano. iãb. stri uil. sp. la bas. iãb. se fau. iãb. stini. sp.

De dactylico.

Inuenit̃ quoddã genus carminũ dactylycũ sapphicũ: cõstãs qnq; pedibus: trocheo: spondeo: dactylo: & duobus trocheis in fine Quartus uersus ẽ adonius dimeter dactylicus: constat ex duobus pedibus: dactylo & trocheo: ut apud eundem.

Iam satis terris niuis atq; dire
Grandinis misit pater & rubente
Dextera sacras iaculatus arces

Terruit urbẽ. & scãdit̃ sic. Iam sa. tro. tis ter. sp. ris niuis. d. atq;. tr. dire. sp. Grãdi. nis mi. sit pater. & ru. bẽte. Dexte. ra sa. cras iacu. latus. arces. Terruit. d. urbem. tro.

Est & aliud genus dactylicũ sapphicũ pẽtametrũ: de quo supra dictũ ẽ. Sequẽs uero uersus ẽ gliconius trimeter: qui constat spondeo & duobus dactylis: ut est apud boetiũ.

Cum polo phoebus roseis quadrigis

Lucẽ spargere cęperit. & scãdit̃ sic. Cũ po. tr. lophoe. sp. bus rose. d. is qua. tr. drigis. sp. Lucem. sp. spargere. d. cęperit. d.

Est ẽt aliud genus dactylicũ archilochiũ: constans septẽ pedibus: duobus primis dactylis: spõdeo: & alio dactylo: & ĩ quinta & ĩ sexta sede trocheo: & ĩ fine trocheo uel spõdeo: ut ẽ apđ horatiũ.

Soluitur acris hiems grata uice ueris & fauoni. Sequens uersus ẽ archilochius: q̃ cõstat quinq; pedibus & syllaba: hoc ẽ: duobus primis iãbis: & deinde syllaba: & ĩ tertia & quarta sede trocheo: & in quinta spondeo: ut Trahuntq; siccas machinӕ carinas. & scandit̃ sic. Soluit̃. d. acris hi. d. emis gra. sp. ta uice. d. ueris. tro. & fa. tro. ueni. sp. Trahunt. iamb. q; sic. iamb. cas. syllaba. machi. tro. neca. tro. rinas. sp.

Est & aliud genus dactylicum alcaicum quod cõstat quatuor pedibus & pentimemeri: hoc est: duobus iambis: pentimemeri: & duobus dactylis. Tertius uero uersus ẽ iambicus archilochius q̃ constat quatuor pedibus & una syllaba in fine. In primo iambo uel spondeo: in secundo iambo: in tertio iãbo: uel spondeo: in quarto iambo uel pyrrhichio: & in fine syllaba. Quartus uersus ẽ alcmanius constans quatuor pedibus: duobus primis dactylis: tertio trocheo: quarto spondeo: ut apud eundem.

Vides ut alta stet niue candidum:
Soracte nec iam sustineant onus:
Siluæ laborantes geluq;
Flumina constiterant acuto. & scãdit̃ sic. Vides. iãb. ut al. iamb ta. syllaba. stet niue. dac. candidum. dac. Sorac. spond. tenec. iamb. iam. penti. sustine. dactyl. ant onus. dact. Siluæ. sp. labo. iamb. rantes. spon. gelu. iamb. q;. syllaba. Flumina. d. cõstite. d. ranta. tro. cuto. spon.

Est item aliud genus dactylicum alcmanium: constans quatuor pedibus & syllaba: spondeo: dactylo: pẽtimemeri: in tertia sede dactylo: & in fine spondeo: quo usus est boetius.

Heu q̃ præcipiti mersa profundo.
Mens hebet propria luce relicta. & scanditur sic. Heuq̃. spon. præcipi. dactyl. ti. syllaba. mersa pro. dactyl. fundo. spon.

Est & aliud genus dactylicũ phaletiũ siue hendecasyllabũ: pẽtametrum. cõstans spõdeo: dactylo: & tribus trocheis: ut Martialis.

Cuius uis fieri libelle munus. & scanditur sic. Cuius. spõ. uis fie. dactyl. rili. tro. belle. tro. munus. tro. In prima tamen sede habet interim & iambum atq; trocheum.

Est & aliud genus dactylicũ adoniũ: de quo ĩ sapphico ẽ dictũ: cõstãs duobus pedibus: dactylo & spõdeo siue trocheo: ut apud eundem.

Nubibus atris
Condita nullum
Fundere possunt

Sidera lumen. & scanditur sic. Nubibus. dac. atris. spon. condita. dact. nullum. troch.

Est & aliud genus dactylicum phaletium siue itphallicum: cōstās quatuor pedibus: idest tribus dactylis & pyrrhichio: ut apud eundem.

Qui serere ingenuum uolet agrum.

Liberat arua prius fructibus. & scandit sic. Quisere. dactyl. ringe nu. dactyl. umuolet. dactyl. agrum. pyrrh. Liberat. d. aruapri. d. usfruct. sp. tibus. pyr.

Est & aliud genus dactylicum alcmanium: constans sex pedibus & una syllaba. i. duobus dactylis & spondeo: deinde syllaba: in quarta sede anapesto: in quinta dactylo: in sexta spondeo: siue trocheo: ut apud eundem.

Omne hominum genus in terris simili surgit ab ortu. & scanditur sic. Omnhomi. dact. numgenus. dact. in ter. spō. ris. syllaba. simi li. anape. surgit ab. dac. ortu. spon.

Est & aliud genus dactylicum alcmanium: quod constat quatuor pedibus: dactylo: spōdeo: & duobus dactylis: & sequēs uersus sit iambicus archilochius: & constat spondeo & iambo: in tertia sede spondeo: in quarta iambo: ut apud eundem.

Sunt & enim penne uolucres mihi.

Quæ celsa conscendunt poli. & scanditur sic. Sunt & e. dactyl. nim pen. spon. neuolu. dactyl. cres mihi. dactyl. Quæ cel. spō. sacon. iamb. scendunt. spon. poli. iamb.

Est & aliud genus dactylicum archilochiū: quadrupes. primi duo pedes possunt esse dactyli siue spondei: tertius dactylus: quartus spondeus siue trocheus: ut apud eundem.

Si uis celsi iura tonantis.

Pura solers cernere mente. & scanditur sic. Si uis spon. celsi. spon. iurato. d. nantis. tro.

De anapesto.

Inuenitur quoddam genus carminum Anapesticum pindaricum constans quatuor pedibus: spondeo: anapesto: dactylo: & in

fine trocheo: ut est apud eundem.

O stelliferi conditor orbis. & scanditur sic. O stel. spon. liferi. ana. conditor. da. orbis. tro.

E st & aliud genus anapesticũ partheniaticum: constans tribus pedibus & una syllaba. In primo spondeus: in secundo & in tertio loco anapestus: & deinde syllaba: ut apud eundem.

F elix nimium prior ætas. & scãditur sic. Felix. spon. nimium. ana. priore. ana. tas. syllaba. Notandum quod hoc genus carminum potest recipere tribrachum: spondeum: & frequenter dactylum apud comicos: & sæpe cum superest syllaba in duas breues diuiditur.

De choriambico.

I nuenitur quoddam genus carminum asclepiadeum: quod constat quatuor pedibus: spondeo: duobus choriambis: & in fine pyrrhichio siue iambo: quo quidem genere usus est Horatius.

Mecenas atauis edite regibus. & scãdit̃ sic. Mece. spon. nasatauis. cho. editere. cho. gibus. pyr.

E st & aliud genus choriambicũ gliconicũ: cõstãs tribus pedibus: spõdeo: choriãbo: & pyrrhichio siue iãbo. Secũdus uero uersus est asclepiadeus: constans quatuor pedibus: spondeo: duobus choriambis: & in fine pyrrhichio: ut apud eundem.

S ic te diua potens cypri
Sic fratres helenæ lucida sidera. & scanditur sic. Sic te. spon. diua potens. cho. cypri. ia. Sic fra. spon. tres helenę. cho. lucidasi. cho. dera. pyr.

E st & aliud genus choriambicum Aristophanium: constans quatuor pedibus: uidelicet: epitrito secundo: duobus choriambis: & bacchio: ut apud eundem.

T e deos sibarim cur properes amãdo. & scanditur sic. Te deos o. epi. rosibarim. cho. cur properes. cho. amando. ba.

E st & aliud genus choriambicum Alcaicum pemptametrum: constans spondeo & tribus choriambis: & in fine pyrrhichio: ut est apud eundem.

Tu ne quesieris scire nefas quem mihi quem tibi: & scanditur sic.
Tu ne. spon. quesieris. cho. scire nefas. cho. quē mihi quē. cho. tibi. pyr.

De Ionico carmine.

I nuenitur quoddam genus carminum ionicū sapphicum: cōstās tribus ionicis minoribus: ut apud eundem.

M iserarum est nec amori dare ludum: & scanditur sic. Miserarest. io. nec amori. io. dare ludum. peon tertius: loco ionici. Præterea notandum est quod hoc genus carminum non recusat diambū ditrocheum: & peonem tertium.

N eq3 tamen inficias ierim: inueniri super hæc & alia metrorū genera: quorum tamē facile is rationem deprehēderit: quem supradicta non fugerint. Nos hæc carptim introductionis causa contēti attigisse: studiosos eius rei ad aliorū uolumina delegamus.

I mpressum est hoc opus rudimentorum grammatices florentiæ
per me Antonium bartholomei mischomini Anno salutis
M. CCCC LXXXII. idibus mais. hora. decimaoctaua.

